⁊ aqueitas tepida. ⁊ in ipso est ponticitas par
ua a stipticitate. Apud me vero aqueitas in
ipso frigida est nõ tepida oio nisi sit ꝓpter
substantiã subtilẽ calidã permistã ei cuius se
paratio ab eo fit velox. Et hunaim quide3 di
xit etiam ꝙ Gal. remouet frigus a coriãdro
contradicẽdo Dia. ego ãt dico ꝙ testificati
sunt iã frigus eius Ruffus ⁊ Archigenes et
alii ab eis. Natura. Frigidum est in fine
primi vsq3 ad scḋm siccum in scḋo. ⁊ apud fi
lium viregi in tertio. Apud me vero est decli
nans ad caliditatẽ paruam. Sed Gal. in to
to facit declinationem ad caliditatem ⁊ forsi
tan illud est propter substantiam in ipso subti
lem que resoluitur. ⁊ non remanet quum bi-
bitur ⁊ si nõ propter quid o3 vt sit multitudo
succi eius interficicens cum infrigidatione.
Operationes ⁊ proprietates. In ipso est
stipticitas ⁊ stupor ⁊ succus eius cum lacte
sedat omnem fortem pulsationem. Aposte
mata ⁊ bothor. Confert apatibus calidis
cum aceto ⁊ cerusa ⁊ oleo ro. ⁊ cum melle ⁊
oleo scere ⁊ vestigiis ignis persici. ⁊ cum fari
na fabarum. aut sauich aut faria ciceris scro
fulis. quando permiscetur cum eis succus ei⁹
Inquit Gal. quum resoluat scrofulas: quo-
modo ergo est frigidum. ⁊ possibile quidem
est vt dicatur ei propter ipsius proprietatem
⁊ quoniam in ipso est substantia subtilis pro
fundans penetrans ⁊ profundatur: ⁊ nõ ꝓfun
datur substantia fr̃a. sed qñ bibitur resoluitur

calidum velociter ⁊ remanet agens frigiduȝ ⁊ dixit nõ ſanat ex heriſipila niſi qđ infrigidatũ eſt:aut permiſtũ hũori mͣlico:aut phl̃atico. ¶ Membra capitis. ¶ Confert vertigini facte a vapore cholico:aut phl̃atico ⁊ epl̃ie facte ex hoc. ⁊ eius ꝓprietas eſt ꝓhibere vaporẽ a capite ⁊ ꝓpter hoc ponit̃ in cibo patientis epil̃am ex vapore ſtõi. ⁊ mullitudo eius humibi. ⁊ eius ſicci permiſcet ſenſum. Et ꝙ humidũ eſt facit ſomnum ⁊ prohibet fluxum ſanguinis. ⁊ pulueriȝatio ſicci ⁊ collutio oris ex ſucco humidi confert cola. ¶ Mẽbra oculi. ¶ Generat tenebroſitatẽ viſus. ⁊ ſuccus eius diſtilatus ſedat pulſationem in oculo. et proprie cum lacte mulieris. ⁊ qñ ex foliis eiꝰ fit empl̃m prohibet fluxũ matericrũ ad oculum. ¶ Membra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Cõfert tremori cordis cal̃o ⁊ potantur ex eo. ʒ. ii. cum aqua lingue arietis ⁊ retinet ſputũ ſanguinis. ¶ Mẽbra nutrimenti. ¶ Eſt tarde digeſtionis ⁊ confortat ſtõm calefactum ⁊ qđ de eo torrefactũ eſt prohibet vomitum. ⁊ dr̃ ꝙ ipſum ſedat eructuationem accidaȝ poſt cibum: ⁊ ſi ita eſt tunc facit illud propterea ꝙ prohibet vaporẽ ⁊ vomitũ eius. ¶ Membra expulſionis. ¶ Cõſtringit ſemen eius torrefactum ⁊ dr̃ ꝙ ſemen eius cum rob ſolutione educit ſerpentes. Et coriandrũ quidem hũidũ cum melle ⁊ oleo confert apatibus calidis teſticuloꝝ. ⁊ quod ex eo humidum eſt. ⁊ quđ ſiccũ frangit virtutem coitus ⁊ erectionem virge deſiccãdo ſperma. ¶ Venena. ¶ Quũ ex ſucco bibitur circiter. ʒ. iiii. interficit qm̃ facit hoĩem poſſidere triſtitiam ⁊ ſincopiȝ. ⁊ nõ oȝ vl̃r vt de eo multum ſumatur.

¶ De cane. Capitulum. cxlv.

Canis. ¶ Decoratio. ¶ Vria canis admiſtrat̃ ſup verucas ⁊ qđ dr̃ đ lacte eiꝰ ꝙ ipm̃ abradit pilos ⁊ ꝓhibȝ ortũ piloꝝ euulſoꝝ ẽ vanũ ſȝ ꝙ exiſtiauit G. i locis pluribꝰ ⁊ G. qđ ſcripſit canões i qbꝰ dixit ꝙ ſãguis canis ꝓhibȝ ortũ piloꝝ euulſoꝝ. ¶ Mẽbra expulſiõis. ¶ Jnqt G. deſtructꝰ ẽ ſmo eiꝰ q exiſtiauit ꝙ ſã. canis extrahat fetũ. ¶ Venena. Sãguis canis rabioſi ꝯuẽit morſui ipſiꝰ ⁊ veneno ſagitte armene.

¶ De carne. Capituluium. cxlvi.

Caro qđ ẽ. Carnes bõe ſũt caro ouina q̃ cũ cal̃itate ẽ ſubtilis. ⁊ iuuenũ taurorũ: ⁊ capraꝝ ⁊ carnes illoꝝ q de eis ſunt pui ſũt magis ſuſceptibiles digõnis ⁊ ſubtilioris nutrimenti. ⁊ hedina quidem eſt minoꝝ ſuperfluitatum q̃ȝ arietina. Caro ãt lactentis a lacte laudabili eſt bona. A lacte vero nõ laudabili eſt mala. ⁊ caro decrepiti qđ eſt ex ouibꝰ eſt mala. ⁊ ſil̃r caro extenuati. ⁊ caro nigri ẽ leuior ⁊ ſuauior. ⁊ ſil̃r caro maſculi: ⁊ rubea diuiſa ex aĩalibus pl̃ime pinguedinis ⁊ alba ſunt leuiores ⁊ varia eſt minoris nutrimenti ⁊ natat in ſtõ. ¶ Electio. ¶ Melior caro ⁊ digeſtibilior cũ illa que eſt circa os. ⁊ dextra qdem leuior eſt ⁊ melior eſt ſiniſtra ⁊ que ẽ in medio lacertoꝝ mũdior eſt carne neruorum Caro aũt laxa ſuper quã nõ eſt neruus fortaſſe eſt ſuauius ⁊ ꝓprie que eſt ꝓpter generationẽ lactis ſicut caro mãmille aut ꝓpter generationẽ ſaliue ſicut caro radicis lingue. Et eius quidem nutrimentũ qñ digeritur. ẽ bonũ ⁊ in quibuſdam horis eſt phl̃aticum. multitudo vero nutrimenti eius nõ eſt niſi multitudo nutrimenti reliquarum carnium: ⁊ caro lacertorum niſi caro mãmille. ⁊ caro teſticulorum gallorum. minus vero bona eſt que creata eſt ad hoc vt ſit ſuſtentaculum ſicut q̃ teritur inter venas ep̃is ⁊ reliqua. ⁊ caro cordis ⁊ radicis eius ſimilis moro ⁊ mãmille qdem nutrimentum eſt bonuȝ. Quod ſi in ea eſt lac ⁊ groſſum. Teſticulorum vero caro ẽ melior aliis ⁊ volucris vero caro melior non eſt q̃ȝ alduragi ⁊ gallinarum ⁊ ſubtilior earũ ⁊ non ſunt cum nutrimento carnium alcubegi ⁊ atheiȝ ⁊ alderariȝ. Omnis preterea aĩalis ſicce complexionis caro parui eſt melior ſicut caro hedi. Jpſa enim eſt bona. Caprina vero non eſt bona multum ⁊ eius humor fortaſſe eſt malus valde. Hircina autem caro eſt mala ſolute ⁊ caro luporum eſt mala. Et omnes volucres magne aquatice ⁊ hñtes colla longa ⁊ pauo ⁊ mulus ⁊ palumbus dure ⁊ alcata ⁊ quoꝝ pluria gñatio eſt ml̃ia ⁊ que eis ſunt ſimilia ⁊ paſſares omnes male ſunt Ale vero auium groſſarum magnarum exercitãtiũ ſunt bõi chimi. Caro ãt ſilueſtris melior ẽ carne gazel cũ ſua declinatõe ad ml̃iam. Chriſtiãi vero dñt ⁊ q eos imitãt̃ ꝙ melior caro ſilueſtris ẽ caro porci ſilueſtris. nã cũ h ꝙ ẽ leuior carnibꝰ dõeſtici ẽ fortis nutrimñti ⁊ pl̃imi. ⁊ ẽ velocis digõis ⁊ ẽ melior q̃ȝ eẽ põt i hyeme. oȝ ṗterea vt ꝯſideret̃ i diſpõnibꝰ aĩaliũ ẽt i etate ⁊ ĩ loco ſui paſtus. ⁊ ſui exercitii ⁊ reliquoꝝ que dicta ſunt in lacte. ¶ Natura ¶ Caro auis oĩo ſiccior ẽ carne q̃drupedis: ⁊

caro vaccina siccior est carne caprina. Caro
aũt caprina est sicca ꝛ difficilioris digestiõis
carne ouina. Et caro veteruz est grossi nutri
menti ꝛ vehemẽtis calefactionis. Leporis ve
ro caro est calida ꝛ sicca. Carnes magnaruz
auiũ ꝛ anserũ ꝛ miluorũ est grossa. Anatis ve
ro caro ꝛ aquaticaꝝ est vehementis humidi
tatis: ꝛ est ꝓpinqua in hoc carni ouine. ꝛ exi-
stimauerunt quidam ꝙ caro ericij est hume-
ctatiua ꝛ caro pinguis: ꝛ natium caro est ca-
lida ꝛ humida. ¶ Operatiões ꝛ ꝓprietates.
¶ Caro est cibus confortãs corpus ꝛ est cibꝰ
magis ꝓpinque conuersionis ad sanguinẽ ꝛ
nutrimentũ quidẽ eius q̃ in patella cocta ẽ: ꝛ
eius q̃ assata est est siccius: ꝛ nutrimentũ eiꝰ
que elixata est est humidius. Et eiꝰ quidez q̃
cocta est cũ seminibus ꝛ muri ꝛ silibus virtꝰ
est virtus seminuz eius. Pinguedo autez et
adeps sunt mali nutrimenti ꝛ pauci ꝛ suble-
uant cibum: ꝛ nõ est conueniẽs ex eis nisi q̃z
titas parua ſm mensurã q̃ delectet. Salita
vero caro q̃uis i principio fuerit humida tñ
facta est desiccatiua vehemẽtiorẽ hũs desic
cationẽ q̃z omnis caro. ꝛ eius nutrimẽtuz est
paruum. Et caro quidẽ pinguis lenit ventrẽ
cũ paucitate sui nutrimẽti ꝛ velocitate sue cõ
uersionis ad fumositatẽ ꝛ cholꝫ ꝛ digeritur
velociter. ꝛ caro illoꝝ natium deterior ẽ car-
ne pingui. ꝛ est mala i digestione ꝛ nutrimen
to. ꝛ est calidior ꝛ grossior pinguedine. Caro
vaccina plurimi est nutrimenti grossa mĺica
generans egritudines mĺicas. ꝛ q̃ melior est
eius est caro vitulorum. Carnẽ preterea vac
cinã dissoluunt cortices melonum. ꝛ melior q
dem hora in q̃ comedit̃ est ver ꝛ p̃ncipia esta
tis. Christiani aũt ꝛ q eos imitant̃ dicunt ꝙ
nõ hñt cũ grossitudine sua viscositatez nutri
mẽti porci: neq3 eius spissitudinẽ. porcelloruz
aũt caro parui est nutrimẽti ꝑꝑ fortitudinez
sue resolꝰonis. ꝛ vegemẽtiã sue humiditatis. ꝛ
caro quidẽ anatis est plurimi nutrimẽti: non
tñ existit in bonitate nutrimẽti gallinaꝝ et si-
miliũ. ꝛ vẽtres eaꝝ sunt suaues: ꝛ epata earũ
sunt bona sua via i cibo: et boni humoris. Ca
ro ascecrach est frangitiua ventositatũ: et de
carnibus longinquior ab hoc vt putrefiat: et
que parũ est pinguis est cuius suba ẽ siccior.
¶ Decoratio. ¶ Caro vaccina generat mor-
pheã: adeps asini siluestris est bona pãno lini
ta: ꝛ silr adeps anatis ipinguat ꝛ illud qᵭ est
adustũ de carne arietũ linitũ sup morpheã ẽ
vtile: ꝛ qᵭ adustũ est de carne ranaꝝ alopitie
¶ Apata ꝛ bothor. ¶ Caro vaccina generat
cancrũ: ꝛ silr carnes grosse ꝛ resoluunt̃ apata
dura eis. ¶ Vulnera et vlcera. ¶ Caro vacci
na generat scabiẽ ꝛ ipetiginẽ malas: et simlr
carnes grosse. et caro arietis adusta linit̃ sup
ipetiginẽ cõueniẽter. ¶ Instrã iuncturarum.
¶ Caro vaccina generat leprã et elephantiaz
ꝛ varices: ꝛ silr carnes grosse ꝛ pingues ꝛ al-
leliati more emplĩ supposita est bona neruis
inflatis: i iure carnis leporis sedẽt podagrici
ꝛ hñtes dolores iuncturarũ et eius opatio ẽ
ꝓprima opationi iuris vulpis. Caro dannule
administrat̃ more emplĩ sup dolores iunctu
raꝝ posita caro dorsi asini siluestris cũ oleo
costio ꝛ emplat̃ ad dolores iũcturaꝝ. Adeps
asini siluestris cũ oleo costio mollificata mo
re emplĩ ponit̃ sup dolores dorsi ꝛ vẽtositati
bus grossis. Et caro vipe ꝯfert lepre ſ3 ꝙ di
ctũ ẽ in caplo eiꝰ: ꝛ caro ericij est bona lepre.
¶ Mẽbra capitis. ¶ Caro vaccina ꝛ relique
carnes grosse male faciũt euenire alienatõez
ꝑꝑ exiccationẽ. Et caro dãnule miscet̃ cũ vi
no et bibitur ꝑꝑ soda. ¶ Mẽbra oculi. ¶ Ci
nis carnis arietum cõfert albugini oculi. car
nes lupoꝝ ꝛ habẽtiũ rostra ꝛ vngues cõferũt
oculo et cõfortant ipm. ¶ Membra anhelitꝰ
ꝛ pectoris. ¶ Cãcer fluuialis cõfert extenua-
tis valde. et carnes pulloꝝ excitãt prefocatio
nẽ nisi acetose. ¶ Mẽbra nutrimẽti. ¶ Car-
nes grosse p̃dicte ingrossant splenẽ. veꝝ aceto
sum vaccinũ cũ coriãdro sicco et croco ꝓhi
bet cursum materierũ ad stomachũ. et caro
alcata rememorat̃ in sũma eoꝝ q̃ conferunt
corruptiõi ꝯplꝰonis et hydropisi et oppilatio
ni splenis ꝛ epis. et meliꝰ ẽ vt i hydropisi ꝯge
lata sũmat̃ vt nõ ꝯmoueãt sitiz. qdã ãt homiz
sunt q laudãt carnes lupoꝝ ad frigus stõi. et
hũiditatẽ et debilitatẽ eiꝰ. et velocitas qdẽ di
gõnis. et descẽsiõis et ãbaꝝ tarditas nõ scõz
grossitudinẽ cibi et subtilitatẽ eiꝰ. Caro enim
porci siluestris et domestici scõm ꝙ dr̃ ẽ ve
locis digõnis et descẽsiõis: et est fortis nutri
mẽti viscosi ꝛ grossi: ꝛ carnes ceruoꝝ cũ gros
situdine sua sunt velocis descẽsiõis. et caro q
dẽ ericij cũ oxymelle ꝯfert hydropisi: et caro
alcata ꝯfert oppilatiõi epis. et debilitati eiꝰ:
ꝛ corruptiõi ꝯplꝰonis et hydropisi. et carnem
lupoꝝ et hñtiũ rostra et vngues abhorret sto
machꝰ. ¶ Mẽbra expulsiõis. ¶ Carnes vac
cine ꝓhibẽt attractionẽ cholꝫ ad stomachũ.

Caro leporis assata est bona vlceribus itesti-
noꝝ. Caro ericij exiccata cū oxymelle est bo
na dolori renū. ius galli decrepiti est bonum
colice ꝛ egritudinibꝰ inficis: ꝛ adeps asini sil
uestris cū oleo costino ē bona dolori renū et
vētositatibus grossis. ꝛ caro lupoꝝ ꝛ bñtiuz
rostra ꝛ vngues hemorroidibus. Jus carnis
vaccine acetosuz ē bonū sokoni cholerice. ab-
scindit enī ipaz ꝛ sil'r cōgelatio carnis eiꝰ cū
coriādro ꝛ aceto: ꝛ acetositatibus enī silibus
ꝛ coriādro sicco ꝛ pauco croco: ꝛ simil'r car-
nes auiū assate aut nō assate cōstringūt ven-
trez ꝛ ꝓprie alcubegi ꝛ ateiagi: ꝛ eis fortio' est
alcata ꝛ alchanebiri: ꝛ ꝓprie quū elixat' ꝛ au
fertur ab ea aq̄. caro aūt cameli ꝓuocat vri-
nā ꝛ carnes pingues vehemētius leniūt na-
turā q̄ȝ alie. ¶ Febres. ¶ Caro vaccina ꝛ cer
uorū ꝛ hircoꝝ siluestriū ꝛ magnaꝝ auiū facit
euenire febres quartanas. Venena. Ca
ro dānule exiccata cū vino ī potu accepta cō
fert venenis. Caro arietū adusta cōfert mor-
sibus serpentū ꝛ scorpionū ꝛ algerarat: ꝛ cuz
vino canis rabiosi: ꝛ caro rane puncture ver
mium venenosorum.

¶ De Chrysomilis. Capitulum. cxlvij.

Hrysomila. ¶ Electio. ¶ Meliora sūt
armenia. nō enī cito aduenit eis corru-
ptio ꝛ acetositas. ꝛ quū sumunt' chrysomila
oȝ vt accipiat' masticis ꝛ anisi eq̄liter pōdus.
ʒ.i. vsqȝ ad. ʒ.ij. in vino puro. aut vino de pas-
sis: aut pax mellis. Natura. Sūt f'ra et
humida ī scđo ꝛ oleū nucleoꝝ est calidū ꝛ sic
cuz in scđo. Operationes ꝛ proprietates.
Eorum humor est velocis putrefactionis.
Mēbra nutrimēti. Eoꝝ infusio sedat si
tim. Et chrysomila quidē cōuenientiora sūt
stomacho q̄ȝ persica. ꝛ armenia nō corrūpū
tur in stomacho neqȝ acescunt velociter. Ex
eis vero q̄ eoꝝ expellūt nocumētū est vt post
ea sumātur anisum ꝛ mastix in miua: aut vi
no de passis ꝛ infrigidati cum melle puro.
Membra expulsiōis. Oleū nuclei ipso
ruz cōfert hemorroidibus. Febres. Ge
nerant febres ꝑꝑ velocitatē sue putrefactio-
nis. verū infusio siccoꝝ cōfert febribꝰ acutis.

¶ De calce. Capitulum. cxlviij.

Alx quid est. Per calcem significamꝰ
cinereitatē corpoꝝ lapidosoꝝ ꝛ ostraco
rum. Natura. Jlla quidē quā nō tetigit
aqua. ꝛ illa quā aqua tetigit quū remanet ex
tincta duobus diebus aut tribus tūc nō adu
rit. Jmmo calefacit tm̄: ꝛ abluta qdez est sic-
ca. ¶ Operatiōes ꝛ ꝓprietates. Abscin-
dit sanguinis fluxū: ꝛ abluta est exiccatiua si
ne mordicatiōe. ꝛ calx qdez qñ abluit' cū ole-
is fit maturatiua. Vulnera ꝛ vlcera. Cor
rodit carnem additā: ꝛ abluta cōsolidat ꝛ cō
fert adustioni ignis valde.

¶ De cipero. Capitulum. cxlix.

Iperum quid est. Est radix plante silis
porro. et segeti etiā nisi qa est subtilior ꝛ
longior ī pluribus regionibus. Verūtñ me-
lius est alcufi. Et dicit' q' ciperꝰ induz cū cro
co abradit pilos. Electio. Melius est il
lud qđ est spissum graue difficile ad frangen
dū. aromaticū: cuius herba. est breuis: et cu-
ius acredo est vehemēs. Operationes et
ꝓprietates. Jn ipso est stipticitas parua ꝛ
exiccat sine mordicatiōe: ꝛ apit orificia vena
rū: ꝛ extenuat vētositates: ꝛ adurit sanguinē
ꝛ ponit' in empl'is. Decoratio. Colorem
efficit bonū: ꝛ facit bonū odorē oris: et: induz
sicut dicit' abradit pilos. Apata ꝛ bothor.
Cōsolidat ea q̄ sunt difficilis cōsolidatiōis
ꝛ fissa ꝛ putrida et corrosa cuz oleo de grano
alchadra. Instr'a iuncturaꝝ. Valet ad
dolorē in ilijs: et stringit dorsum ꝛ neruos. et
ipsius multitudo acqrit leprā. Mēbra capi
tis. Cōfert putredini nariū et oris. et alco
la: et mollificationi gingiue: et augmentū effi
cit in seruatiōe. Mēbra nutrimēti. Ca
lefacit stomachū et epar. Mēbra expulsio
nis. Extrahit lapidē et frāgit ipm: et ꝯfert
distillationi vrine: et debilitati vesice valde:
et frigori eius vehemēter: et sil'r opat' in reni
bus: et ꝯfert frigoris matricis valde. et ꝯfert
hemorroidibus. Febres. Cōfert febribꝰ
antiquis.

¶ De cupresso. Capl'm. cl.

Vpressus qd est. Noiatur in syria ar-
bor alherz ꝛ romane cupressus: et in sa
pore eius sunt acredo: et stipticitas pauca: et
amaritudo plurima: et ponticitas eiꝰ ē plus
q̄ȝ amaritudo. et caliditas eius et acuitas ē
scđm quātitatē qua eius virtus ī mēbris ꝓ-
fundat'. et facit ꝓuenire stipticitatē sine mor
dificatiōe et diuersificat' a reliqs calefactiuis
qm̄ nō attrahit' Natura. Calida est in
primo sicca in scđo quidā tamē existimaue-
runt q' est frigida valde et iudicauerūt q' vir
tus eius est cōposita. et caliditas eius est se-
cundū quātitatē q̄ facit penetrare stipticita-
tem: ꝛ q̄ stipticitas eius ꝓfundatur et proue

nit in mēbris. Operatiões et ꝓprietates.

Folia ⁊ nux eius ſunt ſtiptica. et in ipſa ē reſol'o et reſoluit hũiditates. et nux quidem eius fortior eſt oi re q̃z folia ipſius: ⁊ i ipſa eſt vis faciēdi adherere ⁊ abſcindit ſanguinē ita q̄ remouet putredinē. ¶ Decoratio. ¶ Quā do decoquitur cū aceto ⁊ lupinis: ⁊ linit ſup vnguē remouet eius veſtigia: ⁊ eius folia de lent morpheā. ¶ Vulnera ⁊ vlcera. ¶ Folia eius recētia ⁊ nux eius cōſolidant vulnera q̄ ſunt in mēbris duris quū fuerint recēter col lecta: ⁊ ꝯferūt formice ⁊ heriſipile ⁊ ꝓprie cū farina ordei. ¶ Inſtra iuncturarū. ¶ Nux et folia ipſius bona ſunt collo quū ex eis fit ipſi emplm: ⁊ cōfert cū farina ordei ſuppoſita he riſipile ⁊ ſil'ibus. ⁊ cōfortant nervos ⁊ extenu ant ramicē more empl'i ſuppoſita: ⁊ roborāt mollificationē ⁊ ſtringūt eā. ¶ Mēbra capi tis. ¶ Quādo terit' nux cupreſſi multuz cū fi cubus ⁊ ponit' liciniū de eis i narē ſanat car nē additā: ⁊ decoctio eius cuz aceto ſedat do lorem dentium. ¶ Membra anhelitus ⁊ pe ctoris. ¶ Datur ad bibendum cuz vino nux eius ad ſputū ſanguinis ⁊ ad difficultatē an helitus ⁊ anhelitum dilatationis ⁊ ad tuſſim antiq̄z. ⁊ ſimiliter eius decoctio. ¶ Membra expulſionis. ¶ Bibuntur folia eius cū vino: ⁊ conferunt difficultati mingendi ⁊ curſui ſup fluitatum ad veſiccam: ⁊ cōferunt etiā vlceri bus que ſunt in inteſtinis. ¶ Permutatio.

Loco eius ponit' medietas ponderis ipſi9 de cortice granati: ⁊ pondus ipſius de ſarco colla rubea.

¶ De Cancro. Caplm. cli.

Ancer fluuialis quid eſt. Notus eſt.

¶ Operationes ⁊ proprietates. ¶ Eſt difficilis digeſtionis ⁊ plurimi nutrimenti. ⁊ ipſum quidem rectificat decoctio cum mes. ⁊ extrahit res acutas infixas carni ⁊ ſpinas: ſed marinus eſt ſubtilior. ¶ Decoratio. ¶ Cinis eius eſt bonus fixuris pedum ex frigore: ⁊ qđ de eo aduſtuz eſt ponit' in medicamentis morphee ⁊ pāni ⁊ confert. ¶ Apoſtemata et bothor. ¶ Cancer fluuialis reſoluit apa ma nuum quādo ponitur ſup ea. ¶ Membra an helitus ⁊ pectoris. ¶ Caro eius cōfert pthiſi: ⁊ proprie cum lacte aſine ⁊ ius ipſius etiam. ¶ Membra expulſionis. ¶ Cinis eius eſt bo nus fixuris ani. ¶ Venena. ¶ Cōfert morſui ſcorpionum ⁊ rutele more empl'i ſuperpoſi tus aut comeſtus. ⁊ cinis eius cum melle cō fert ad morſum canis rabioſi bibitus ⁊ quan doq̄z ſumitur ex eo cuz frumento ad morſuz canis rabioſi. ⁊ eſt notum. Et ſcies modum cure in capitulo de venenis. Et exiſtimaue runt etiam q̄ quando cum bedarungi appro ximat ſcorpioni moritur ſcorpio.

¶ De cancro. Capitulum. clij.

Ancer marinus quid eſt. Quum dicit' cancer marinus nolumus intelligere ꝑ hoc omnem cancrum maris. Immo ſpeciē cancri qui proprie habet oīa membra dura vt lapis. ¶ Operationes ⁊ ꝓprietates. ¶ Qđ de eo aduſtum eſt ſubtilius eſt reliquis adu ſtis. ¶ Decoratio. ¶ Quod de eo aduſtuz eſt abſtergit dentes: ⁊ delet pānuz ⁊ lentigines. ¶ Vulnera ⁊ vlcera. ¶ Quod de eo aduſtuz eſt deſiccat vlcera ⁊ confert ſcabiei. ¶ Mem bra oculi. ¶ Prohibet lachrymas ⁊ reſoluit cum ſale vngulam ⁊ fit ex eo collyrium: ⁊ fri catur cum eo ſcabies palpebraruz. ¶ Febres ¶ Prohibet quartanam.

¶ De chryſolocāna. Capitulum. cliij.

Hryſolocāna quid eſt. Eſt attriplex q plurimū inuenitur i ſcemi. ¶ Natura. ¶ Frigidus ⁊ humidus eſt in primo: ⁊ apud quoſdam temperatus.

¶ De coturuicibus. Capitulum. cliiij.

Oturnices qđ ſunt. Ex comeſtiōe car nis eaꝝ timet' tetan9 ⁊ ſpaſmus. nō qa comedāt helleboꝝ tm̄: imo qa in ſuba eaꝝ eſt hec virtus: ⁊ exiſtimo q̄ nutrimētum earuz ab helleboro eſt ꝑꝑ ſpiſſitudinem cōpl'onis.

¶ De caſia. Capitulum. clv.

Aſia qđ eſt. Dicit' q̄ eſt cortex radicis Mori alceni. ⁊ eſt ſpēꝝ plurimū: quarū vna eſt rubea boni ſaporis ⁊ odoris. Et alte ra ſpēs ei9 eſt cuius ſapor eſt ſapor ſpice: ⁊ eſt ſpēs nigra ad purpureitatē declinans cuius odor ē ſil'is ſandalo. ⁊ ē ſpēs altera nigra hor ribilis odoris ſubtilis corticis fiſſa. Et ē alte ra ſpēs ad albedinē declinās porrini odoris. Et eſt ſpēs nigra ſubtilis cāna cōcaua. Et di xerūt qdaz q̄ inuenit' ſimile caſie qđ cōuertit' ad cinnamomū. ⁊ dixerūt alij q̄ inuenit' ſup arborē cinnamomi caſia huiuſmodi. ⁊ quan doque eſt coniuncta ipſi cinnamomo. ⁊ ca ſia exiſtit in virtute cinnamomi. ſed eſt debi lior. ⁊ bona eſt illa que cōſequitur cinnamo mum. ¶ Electio. ¶ Melior eſt illa que eſt ru bei coloris pura plana: longi ligni: groſſe can ne: ſubtilis foraminis: ſolida groſſa boni odoris que mordicat linguam et ſtringit eaz.

Nigra vero est mala ⁊ qđ đ ea administraƚ
est cortex ipsius ⁊ in ligno eiꝰ nō est bonitas.
¶ Natura. ¶ Calida ē ⁊ sicca i scđo. ¶ Ope
rationes ⁊ ꝓprietates: ¶ Est resolutiua vēto
sitatū grossarū: ⁊ i ipsa qdē sunt stipticitas et
resoƚo cū acredine plurima: subtiliatio multa
⁊ incisio ꝑꝑ acredinē q̄ est i ipsa ⁊ adiuuat sti
ptica. ⁊ sua resoƚone adiuuat solutiua: ⁊ ipsa
cū eo qđ est in ipsa de resoƚone ⁊ stipticitate.
⁊ subtiliatiōe cōfortat mēbra. ¶ Apata ⁊ bo
thor. ¶ Resoluit apata calida ⁊ frigida in vi
sceribus. ¶ Vulnera ⁊ vlcera. ¶ Linitur cū
melle sup lactea. ¶ Mēbra oculi. ¶ Poniƚ
in medicinis oculi ꝑꝑ illud qđ in ea est de sti
pticitate ⁊ resoƚone. ¶ Mēbra anhelitus et
pectoris. ¶ Confert pectori. ¶ Mēbra nutri
mēti. ¶ Sirupus eiꝰ cōfert epi: ⁊ vinū i quo
casia infundiƚ cōfert stomacho. ¶ Mēbra ex
pulsionis ¶ Prouocat vtraq̄ȝ ꝓprie in quo
cūq̄ȝ eoꝝ amboꝝ fuerit cā humoris grossi et
cōfert doloribus renū ⁊ vesice: ⁊ qn̄ fit enca-
tisma i decoctione eius valet dilatatiōi ma-
tricis. ⁊ eius lubrificatiōi. ⁊ siƚr fumus eius ⁊
sirupus eius: ⁊ vinū in quo ipsa infundiƚ ē bo
nū difficultati vrine. ⁊ existimauerūt quidaȝ
q̄ ipsa facit abortū. ¶ Venena. ¶ Datur in
potu ad venenum tyrie.

¶ De Cydonio. Capitulum. clvi.

Ydonium quid est. Quādo abluiƚ cinis
ramoꝝ: ⁊ folioꝝ eius est sicut tutia: ⁊ fo
lia ipsius remanēt ꝑꝑ puritatem stipticitatis
eius ⁊ rob pomoꝝ acescit ꝑꝑ illud qđ in ipso
est de humiditate aquea frigida. ¶ Electio.
¶ Assatū est melius ⁊ magis cōferēs. ⁊ eius
quidē assatio fit qm̄ cōcauatur. ⁊ deijciuntur
grana eius ⁊ poniƚ in ipso mel ⁊ linitur luto
corpus eius ⁊ poniƚ in cinere. ¶ Nā. ¶ Frigi
dū est in fine primi: siccū in ṗncipio secundi.
¶ Operationes ⁊ ꝓprietates. Est stipticū
cōfortatiuū fortiter ⁊ flos eius ēt stipticus est
⁊: similiƚr oleū eius. Et dulce est minus stipti-
cū: ⁊ semē eius est lenitiuū sine stipticitate: ⁊
ꝓhibet ip̄m cursum suꝑfluitatuȝ ad viscera.
¶ Decoratio. Retinet sudorē ⁊ cōfert oleū
eius fixure frigoris. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Cō
fert oleū eius formice. ¶ Vulnera ⁊ vlcera.
¶ Oleum eius est vtile vlceribus scabiosis.
¶ Instrumēta iuncturarū. ¶ Multitudo co
mestionis generat dolorē neruorū. ¶ Mem
bra oculi. ¶ Assatuȝ ponitur sup apata oculi
calida. ¶ Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Eiꝰ
succus cōfert dilatationi anhelitꝰ ⁊ asmati: ⁊
prohibet sputū sanguinis: ⁊ semē eius cōfert
asperitati gutturis: ⁊ lenit cānam pulmonis
⁊ mucilago eius etiā humectat ipsaȝ cānam.
¶ Mēbra nutrimenti. ¶ Confert vomitū et
ebrietati ⁊ sedat sitiȝ: ⁊ cōfortat stomachū re
cipientē suꝑfluitates sirupus eius ⁊ ipsius in
fusio. ⁊ qđ est ipso elixatū est. ⁊ ipso vtūtur in
scđa mensa sup vinū ⁊ ꝓhibet ebrietatē: ⁊ fit
ex eo sirupus cōfortās appetitū deiectū val-
de: ⁊ mortuū ⁊ cōfortat stomachuȝ. ⁊ ꝓhibet
vomituȝ phƚaticum. ¶ Mēbra expulsionis.
¶ Est prouocatiuū ⁊ iaȝ dictū est q̄ illud ē ꝑ
accn̄s cōsequens cōstrictionē eius. ⁊ illud qđ
cū melle elixatū est est vehemētius ꝓuocati
uum. verūtn̄ qn̄q̄ȝ soluit ventrē ⁊ nō cōstrin
git ⁊ generat colicā ⁊ doloreȝ ventris pūgiti
uum: ⁊ cōfert dysenterie ⁊ retinet fluxuȝ mē-
struoꝝ: ⁊ cōfert arsure vrine qn̄ distillaƚ suc-
cus eiꝰ: aut oleū ipsius in virgā: ⁊ cōfert oleū
eius renibus ⁊ vesice: ⁊ qn̄ assumiƚ post cibū
soluit adeo q̄ qn̄ plurimū ex eo sumiƚ extra-
hit cibū ante digestionē ⁊ clisterizaƚ decoctio
eius ad eminentiā ani ⁊ matricis.

¶ De croco hortulano. Capituluȝ. clvij.

Rocus hortulanus. ¶ Natura. ¶ Est
calidus in primo sic. in ƚo. ¶ Operatio
nes ⁊ proprietates. In ipso est stipticitas
equalis cū maturatiōe. Decoratio. Mū
dificat pānū ⁊ morpheā. Vulnera ⁊ vlcera.
Poniƚ cū aceto sup ipetiginē. Mēbra
capitis. Ex croco hortulano siluestri quuȝ
fit linimētuȝ cū melle cōfert colla pueroꝛuȝ.

¶ De calamento. Capitulum. clviij.

Alamentū quid est. Eius aliud est flu-
uiale: ⁊ aliud montanū siƚe isopo i sapo
re: ⁊ siƚr folia eiꝰ sunt ei siƚia. Et est alia spēs
eius q̄ noiatur albauiū. Et est quedā spēs eiꝰ
que vocaƚ calamentū hirci: ⁊ virtus eius ē si
cut virtus alioꝝ acris: ⁊ virtus sirupi ipsius
est siƚis virtuti sirupi albahase. ⁊ calamentū
quidē est est sube subtilis ⁊ mōtanū fortius ē
fluuiali. Operatiōes ꝓprietates. Subti
liat fortiter sua acuitate ⁊ amaritudine sui et
ꝓprie siluestre. ⁊ ꝑꝑ illud est rubificatiuū vl-
ceratiuū ⁊ quū bibiƚ solū ꝓuocat sudorē: ⁊ ca
lefacit vehemēter ꝑ id qđ extrahit ex ꝓfun-
do corporis: ⁊ incidit ⁊ exiccat ⁊ calefacit val
de. Decoratio. Quādo decoquiƚ ⁊ pro-
prie qđ recens est cū vino ⁊ fit ex eo empƚm
remouet vestigia nigra a corpore: ⁊ occulta-

tionem q̄ accidit suo oculo. ¶ Vulnera ⁊ vl cera. ¶ Montanuz confert rasure intestinoꝝ ⁊ rupture: ⁊ fit balneatio ex decoctione mon tani ad prurituz ⁊ scabiē. ¶ Instrumēta iun cturarum. ¶ Potus decoctionis eius ꝯfert contractioni lacertoꝝ in carnibus ⁊ extremi tatibus suis: ⁊ quandoqꝫ fit ex eo emplm̄ ad sciaticam: ⁊ ad cutem ⁊ permuttat cōplonez ⁊ extrabit ex ꝓfundo: ⁊ quādo comeditur et bibitur post ipm̄ aqua casei dieb⁹ continuis confert elephātie ⁊ varicibus. Et illud qđ no minat fel albauiuz: ⁊ quādo bibit cōfert spas mo ⁊ linitur ex eo podagra ⁊ confert: ⁊ suffu migatur cū eo: ⁊ cōfert potus calamēti lepre nō resolone sua tm̄. sed sua incisione ⁊ subtila tione etiaz. ¶ Mēbra capitis. ¶ Succus ei⁹ interficit vermes in aure. ⁊ in ipso est virtus faciendi soda. Et montanū quidē cōfert vlce ribus oris: ⁊ extrabit supfluitates ex vtrisqꝫ naribus: ⁊ illud qđ est adustuz de albauium stringit gingiuas. ¶ Mēbra anhelitus ⁊ pe ctoris. ¶ Eius decoctio ꝯfert dilatationi an helitus ⁊ est fortis in extractione humoꝝ vi scosorum ex pectore ꝓprie cū comeditur cuz ficubus: ⁊ cōfert dolori laterū. Et montanū quidē est fortius illo: ⁊ albauiuz facit illud to tum. sup albauiuz vero roratur acetū ⁊ sumi tur acetū ex eo qđ est vicini tēporis cū aceto sitate: ⁊ odorat ipm̄ sincopizatus ⁊ sanatur: ⁊ calamētū hirci cōfert tremori cordis. ¶ Mē bra nutri. ¶ Confert paucitati appetitus ⁊ đ bilitati stomachi: ⁊ ꝓprie siluestre singultui: ⁊ cōfert patientibus ictericiā cuz abstersione ⁊ apertione sua ⁊ subtiliatione sua mlicam ⁊ cholicam: ⁊ similiter decoctio eius: ⁊ quan doqꝫ fit balneatio ex decoctione montani ad illud ⁊ separatur ictericia ⁊ confert hydropi si quando comeditur cum ficubus. ⁊ in mon tano quidem est virtus faciendi appetituz ci bi: ⁊ succus eius est conferens hydropisi etiā ⁊ albauium sedat nauseam: ⁊ fit ex eo emplz cum cerato super splenem ⁊ extenuat eum: ⁊ similiter calamentum hirci: ⁊ est vehemēter conferens tremori cordis stomachi. ⁊ contur bationi ⁊ nausee. ¶ Membra expulsionis. ¶ Eius decoctio prouocat vrinam: ⁊ cōfert dolori pungitiuo ventris ⁊ colerice passioni: ⁊ quādo teritur cum dispositione sua: aut de coquitur: ⁊ bibitur cum melle interficit fetuz ⁊ prouocat menstrua: ⁊ quādoqꝫ facit vome re phl'a. ⁊ dixerunt quidam montanū abscin dit coitū ⁊ proprie siluestre: ⁊ prohibet pollu tionē. Et siluestre quidē soluit ventrem suffi cienter ⁊ cōfert matrici: ⁊ interficit vermes precipue siluestre. Et montanū solone educit choleram nigram. ⁊ fit qđ de eo sumit in po tu. xx. kirat cū iuleb: ⁊ illud quandoqꝫ operat species calamēti siluestris: oīa illa confortan tur quādo permiscentur cū aceto ⁊ rob pau co ⁊ rectius quidem est vt teratur et spargat super acetum cōmistum cū aqua ⁊ sale ⁊ bi batur. ⁊ illud qđ noīatur albauium extrabit superfluitates mlicas ex via vrine ⁊ calamē tum siluestre qn̄qꝫ operat oīa illa. ¶ Febres. ¶ Bibitur decoctio eius ⁊ cōfert rigori: ⁊ si militer inunctio ex oleo i quo ipz ē decoctū. ¶ Venena. ¶ Quando bibitur aut ex eo fit emplm̄ cōfert pūcture vermiū venenosoꝝ ⁊ approximat liniri ex eo in illo operi cauteriū ⁊ quādo ꝓmittitur ⁊ bibitur cū vino expellit venena mortalia. Et suffumigatio ex folijs eius fugat vermes venenosos. ⁊ quādo ster nitur etiam. ⁊ siluestre est bonū pūcture scor pionis. Et montanū quando bibitur succus eius cum decocto confert morsui luporum.

¶ De cardamomo. Capitulum. clix.

Ardamomū quid est. Aliud est magnū sicut cicer nigrum. Quod quuz frangit interius hz granū albū mordicans linguā si cut cubebe in quo est aromaticitas: ⁊ aliud ē paruū sicut lens aromaticum etiā: ¶ Natu ra. ¶ Calidū est ⁊ sic. in tertio. ¶ Operatiōes ⁊ proprietates. ¶ In ipso cū calefactione est stipticitas ⁊ ꝓprie in illo qđ hz caput ⁊ pro prie in capite ipso. ¶ Mēbra nutri. ¶ Cōfert vomitui ⁊ nausee cuz aq̄ masticis ⁊ vtriusqꝫ granati.

¶ De cordumeni. Caplm. clx.

Ordumeni. ¶ Natura. ¶ Calidū est et siccū in tertio. ¶ Opera. ⁊ propri. ¶ Est ex rubificātibus. ⁊ in ipso est virtus liquefacti ua: ⁊ proprietas eius est cōfortare membra i trinseca. ¶ Vulnera ⁊ vlcera. ¶ Confert sca biei ⁊ impetigini linitum cū aceto. ¶ Instru iunc. ¶ Cōfert egritudinibus neruoꝝ ⁊ dolo ri anche ex phl'ate. ⁊ cōfert paralysi ⁊ contu sioni lacertoꝝ. ¶ Membra capitis. ¶ Cōfert epilie bibitum in aqua. ¶ Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Cordumeni est mundificatiuuz pectoris sedatiuum tussis. ¶ Membra expul sionis. ¶ Confert dolori pungitiuo ventris ⁊ vermibus ⁊ ascaridibus: ⁊ cum vino dolori renū ⁊ difficultati vrine. ⁊ datur i potu de eo

drakimet vnũ cũ cortice radicis lauri ad lapidẽ. ⁊ eius fumus interficit fetũ. ¶ Venena. Confert mordicatiõi scorpionis ⁊ reliquis puncturis. Permutatio. Loco eius ponitur harmel ⁊ squinantum.

¶ De calamo aromatico. Capitulũ. clxi.

Calamus aromaticus. Electio. Melior est ille q est iacynthini coloris ꝓpinquos hñs nodos: q in plurima frãgit̃ frusta: ⁊ cuius cãna est plena re sili tele aranee: ⁊ in administratione eiꝰ est acuitas: ⁊ eius cõtritũ est boni odoris: ⁊ est declinans ad citrinitatẽ ⁊ albedinẽ. Natura. Calidus ẽ ⁊ siccus vsq3 ad scdm. Oper. ⁊ ꝓpr. Est subtiliatiuus ⁊ i ipso est stipticitas pauca cũ acredine ⁊ in suba eius sunt terreitas ⁊ aereitas ⁊ ẽ bone cõmistionis ad equalitatẽ pertinens: s3 eius ericcatio est maior ⁊ i ipso est suba subtilis sicut in reliqs spẽbus q̃ sunt vt piper ⁊ cinnamomũ. Decoratio. Confert occultationi sanguinis mortui. Apata ⁊ bothor. Resoluit apata. Instrũ iunc. Confert cõtritioni labertoꝝ. Mẽbra oculi. Abstergit visum. Membra anhe. ⁊ pec. Fit cũ eo euaporatio itraiectorio in gutture. ⁊ cõfert tussi solus. aut cũ gũma albotin. Mẽbra nutri. Cõfert apati epatis ⁊ stõi cũ melle ⁊ semine apij: ⁊ est valẽs ad timorẽ. Mẽbra expul. Prouocat ambo: ⁊ ipse cũ semine apij ꝯfert renibus: ⁊ distillatiõi vrine ⁊ cõfert eius decoctio dolori matricis bibita ⁊ sedendo in ea. ⁊ bibit̃ cũ melle ⁊ semine apij ad apostemata matricis.

¶ De centaurea. Capitulum. clxij.

Centaurea qd est. Duaꝝ est spẽrũ. s. maior ⁊ minor q̃ nascũtur in fine veris ⁊ folia sũt sicut alethil: ⁊ grossa duas habẽt spẽs albã ⁊ citrinã in quoꝝ capitibus est viriditas ⁊ plãta eius est magna sicut almekenesati: et ipsius potio ad febricitãtes ẽ vsq3 ad. ʒ. ij. herba vero eius est silis albãusegi mõtano ⁊ est farecon: ⁊ eiꝰ folia sunt sicut folia rute. ⁊ assumit̃ qñq3 succus ex ea q̃ est viridis: ⁊ qñq3 ex ea q̃ est sicca decoquit̃ eni3 in aq̃ donec aqua eius virtutẽ assumat. deinde aqua illa rectificatur. Natura. Calida ẽ ⁊ sicca i tertio. Operationes ⁊ ꝓprietates. In ipsa sunt abstertio ⁊ stipticitas ⁊ acredo: parũ dulcedinis ⁊ ericcatio: ⁊ est sine mordicatiõe: ⁊ dicit̃ q, si coquat̃ cũ carne incisa ꝯiũgit eã. Vulnera ⁊ vlcera. Que recẽs ẽ mũdificat vulnera ⁊ sigillat vlcera antiqua: ⁊ q̃ siccã est ponitur in emplr̃is et ꝯsolidat fistulas et vlcera ꝓfunda: ⁊ vulnera mala et quãdo replentur fistule de centaurea ⁊ ligatur rectificat̃ earu3 dispõ. Instru. iunc. Cõfert attritioni i lacertis ⁊ saniei in eis. ⁊ minor ꝓprie. Et qñq3 cõfert clistere factũ ex ea sciatice et doloribꝰ neruoꝝ ⁊ cõtusioni eoꝝ. sed minor est magis iuuatiua ad oĩa illa. Quũ ergo illa soluit solone educit aliquid sanguinis ⁊ subito et qñq3 fit clistere ex cinere eiꝰ cũ aqua ad illud. Mẽbra anhe. ⁊ pec. Prohibet sputũ sanguinis ꝑꝑ suã stipticitatẽ: et cõfert q̃ grossa est: et q̃ minuta difficultati anhelitus. et datur i potu de ea põdus. ʒ. ij. cũ vino in pleuresi frigida ⁊ sputo sanguinis. Mẽbra nutri. Confert oppilationi epĩs et duritiei splenis. Membra expulsiõis. Prouocat menstrua et extrahit fetũ et interficit vermes ⁊ ꝓuocat vrinam et datur in potu de ea põdus. ʒ. ij. ad dolorẽ ventris pungitiuũ: et dolorẽ matricis et cõfert colice. Et minoris quidẽ decoctio qñ3 soluẽdo educit cũ phl'ate et crudo humore colerã. Et potus duarũ spẽru3 eius qñ supfluit educit sanguinẽ solone et proprie minoris.

¶ De cartamo. Capitulum. clxiij.

Cartamus qd est. Aliud est domesticus ⁊ alius siluestris. Natura. Qui siluestris est calidus est in scdo. siccus in tertio et notus ẽ calidus i primo siccus in secũdo. Opera. et ꝓpri. Oleũ eius est ꝓpinquũ oleo vrtice. verũtamẽ est debilius et ẽ ex eis que caseant lac currẽs: et nutrimẽtu3 eius ẽ multe paruitatis. Membra anhe. et pect. Mundificat pectus et clarificat vocem. Mẽbra nu. Est malus stõ et ipse caseat lac in stõ. Mẽbra. expul. Cõfert colice ⁊ solone educit phl'a adustũ quãdo miscet̃ cu3 ficubus aut melle: et cõfert coitui. Et oleum eius q domesticus est soluit ventrẽ: ⁊ qñq3 fit solutio ꝑ ipsum si ponat̃ medulla granoꝝ eiꝰ in iure. aut fiant ex eo et ex amigdalis et melle pille: et fit qđ de eis in potu sumit̃ pondus aur̃. iiij. et quãdo sumũtur de medulla eius ⁊ costo et amigdalis amaris tres anulusar: et anisi et nitri cuiusq3 eoꝝ aur̃. cũ ficubꝰ siccis et melle et recipit̃ de eo nux: aut nuces due soluẽdo educit aquositatẽ et quandoq3 fit ex eo natif ad illud: et eius cõfectio est vt sumatur et permisceat̃ cũ amigdalis excorticatis et aniso: et melle decocto natife3 et sumat̃ de

eo sparsim:et quādoqꝫ bibuntur de medulla eius recente.ʒ.xx. Infuse in lib.aque cuꝫ.ʒ.x. penidiarū albaꝝ tritaꝝ ꝛ sołone educit phła ¶ Venena. ¶ Cōferūt folia siluestris aut fructus eius:aut amboꝝ cōmistio qn̄ i potu tribuuntur cū vino ad puncturā scorpiōis. Quidē aūt hoies dixerūt ꝙ si morsus tenuerit in ore suo folia siluestris ꝛ fructus eius nō sentiet dolorē.ꝛ qn̄ ea a se ꝓiecerit redibit dolor.

¶ De chitran. Capituluꝫ.clxiiij.

Hitraꝫ quid est. Est arbor q̄ noiaᷓ alscerbin ꝛ virtus fumi eius est sicut virtus fumi picis ꝛ fit ex eo oleū cuiꝰ separatio est cuꝫ lana sicut separaᷓ ex pice. ¶ Natura. ¶ Est calida ꝛ sicca in quarto. ¶ Operationes ꝛ proprietates. ¶ Cōseruat corpus mortuuꝫ ꝛ rubificat ꝛ cauterizat. ¶ Decoratio. ¶ Confert lendinibus ꝛ pediculis:ꝛ interficit vtrūqꝫ adeo ꝙ etiam in aialibus. ¶ Vulnera ꝛ vlcera. ¶ Fortem efficit carnē laxam:et confert scabiei vsqꝫ ad scabiē animaliū:ꝛ ꝓprie eius oleū bn̄tibus quattuor ꝛ canibus et camelis. ¶ Instru.iunc. ¶ Confert cōtussiōi lacertoꝝ ꝛ aggregationi puris ꝛ sanguinis in eis:ꝛ est medicamē in elephantie ꝛ varicibꝰ deglutitū ꝛ linituꝫ. ¶ Mēbra capitis. ¶ Est res maxima in sedādo soda frām linitum capiti.ꝛ distillaᷓ in aurē ꝛ interficit vermes auris.ꝛ distillatur cū aqua isopi eā ad tinnituꝫ ꝛ sonitū ꝛ distillatur de ipso cū aqua isopi in dentem dolorosum ꝛ sedat dolorē eius:ꝛ cōfert dentibus corrosis. ¶ Membra oculi. ¶ Acuit visum ꝛ abstergit vestigia vlcerū in oculo. ¶ Mēbra anhe.ꝛ pec. ¶ Linitur super guttur ad ambas amigdalas ꝛ dolores eaꝝ ꝛ cōfert deglutire ex eo.ōʒ.i.ſ.vlceribus pulmonis ꝛ sanat ea ꝛ cōfert tussi antique. Mēbra.nutrimenti. ¶ Fructus arboris eiꝰ est stō malus. ¶ Mem.expul. ¶ Interficit vermes in visceribus:ꝛ proprie clisteri facto cū eo ꝛ interficit vermes oēs ꝛ prouocat menstrua ꝛ interficit fetuꝫ ꝛ corrūpit sperma.ꝛ quādo liniᷓ ex eo virga ante coituꝫ prohibet īpregnatōeꝫ ꝛ fructus eius q̄ noiatur scerbin ē malus stomacho:ꝛ cōfert distillationi vrine. ¶ Venena. ¶ Fit ex eo empłm super morsum serpentis habentis cornua:ꝛ datur cuꝫ vino ad potum leporis marini:ꝛ soluitur in adipe cerui ꝛ liniuntur ex eo membra ꝛ non approximāt eis venenosi vermes.

¶ De costo. Capitulum.clxv.

Ostus quid est. Eius species sunt tres: vna earū est arabicus:ꝛ est albus lenis aromaticus. Et scd̄a est indus qui est magis lenis. Et iste amarus est spēs grauis odoris qui noiatur gariofilatus.ꝛ istaꝝ specierū minor est illa cuius odor ē odor pini:ꝛ est ad nigredinē tendens. Et qui de istis spēbus ē romanus est similis aseunir:ꝛ habet odorē latū bonus aūt costus qn̄qꝫ falsificatur cū radicibus enule duris:ꝛ ꝓꝑ illud nō mordicat linguam neqꝫ hꝫ odorē forte. ¶ Electio. ¶ Melior est ille qui est albus rectus plenus nō corrosus:neqꝫ fetidi odoris mordicans ꝛ linguā ledens deinde indus niger lenis ꝛ niger ascēnius:ꝛ melior ē marinus subtiles habēs cortices. ¶ Natura. ¶ Est calidus in tertio siccus in scd̄o. ¶ Operationes ꝛ proprietates. ¶ In ipso est q̄litas amara ꝛ acris valde: et caliditas ꝛ acredo adeo ꝙ ipse vlcerat ꝛ confert omni mēbro qđ indiget calefactione.ꝛ vt ex eo extrahaᷓ humor ex profundo. ¶ Deco. ¶ Abstergit pānuꝫ cutis linitus cuꝫ aqua et melle. ¶ Vulnera ꝛ vl. ¶ In ipso est vlceratio:ꝛ ille qui est amarus exiccat vlcera humida. ¶ Instru.iunc. ¶ Confert mollificationi neruorum ꝛ contritioni lacertorū : ꝛ est bonꝰ sciatice superpositus vt empłm. ¶ Memb. ca. ¶ Confert lethargie. ¶ Membra anhe.ꝛ pec. ¶ Confert doloribus pectoris. ¶ Membra expul. ¶ Prouocat menstrua bibitus et suffumigatus in traiectorio:ꝛ iterficit fetuꝫ:ꝛ ꝓuocat vrinā:ꝛ extrahit ascarides:ꝛ vermes ꝛ dat vires ad coitum : ꝛ ipse supponitur ad dolores matricis ꝛ cōfert dolori matricis frigido bibitus:ꝛ sedendo in decoctione eius et mouet naturaꝫ quando bibitur cum vino et ipse non dat vires ad coitum nisi ꝓꝑ humiditateꝫ superfluā inflatiuam q̄ est in ipso. ¶ Febres. ¶ Confert rigori linitus cū oleo. ¶ Vene. ¶ Confert morsibus omnibus.ſ.morsui vipere ꝛ alijs qn̄ bibitur cū vino aut apsinthio ¶ Permu. ¶ Loco eiꝰ pōiᷓ piretri mediteaᷓ pōderis ipsiꝰ.

¶ De crocoma. Cap̄.clxvi.

Rocoma quid est. Diciᷓ ꝙ est fex olei croco. ¶ Electio. ¶ Melior crocoma est illa que est boni odoris ponderosa nigra in qua non sunt lingua:ꝛ quando soluitur tingit aquam colore croci et quando masticatur tingit dentes tinctura vehementi remanente. ¶ Operationes et proprietates. Est calefactiua maturatiua, Mēb.oculi.

¶ Virtus eius est abstersiua oculi ⁊ oleū eiꝰ
cōfert tenebrositati eius. Mēbra expul. ꝓuo
cat vrinā. ¶ De cambil. Caplm. clxvij.

Ambil quid est. Semē est arenosuꝫ qꝺ
cooperit rubedo qui est minor rubedine
lapidis in felle bouis repti. ¶ Natura. ¶ Ca-
lidū ⁊ siccū ē in tertio. ¶ Opera. ⁊ ꝓ. ¶ Filiꝰ
Mesaugue inqt i ipso ē stipticitas vehemēs
¶ Mem. expul. ¶ Interficit. vermes ⁊ asca-
rides ⁊ expellit eos.

¶ De climia auri. Capitulum. clxviij.

Limia auri. ¶ Electio. ¶ Melior ē illa
q̄ aurea ē vt cicinus glaciei cinericij co-
loris recēs ⁊ laminosa grossior. ¶ Nā. ¶ Est
equalis ad siccitatē declinās i tertio. ¶ Ope
ra. ⁊ ꝓ. ¶ Ipsa ⁊ qꝺ ablutū est de ea sunt sub
tiliora climia argēti: ⁊ in ipsa sunt exiccatio ⁊
abstersio. ¶ Vulne. ⁊ vl. ¶ Implet vulnera ⁊
mūdificat sordities eoꝝ: ⁊ corrodit carnes eo
rum additas: ⁊ incarnat vulnera fraudulēta.
¶ Mem. oculi. ¶ Cōfert. albugini oculi ⁊ ini
tio aque ⁊ cōfortat oculum.

¶ De climia argenti. Capitulum. clxix.

Limia argēti qd est. Qñqꝫ assumit cli-
mia ex auro ⁊ argēto: ⁊ qñqꝫ assumit ex
ere ⁊ ex marchasita: ⁊ ē fex q̄ eleuat sup locū
in quo funditur aut fumꝰ: ⁊ illud qꝺ submergit
est laminosuꝫ. ¶ Nā. ¶ Est ꝓxima climie au
ri: sed est frigidior. ¶ Opera. ⁊ pro. ¶ In ipsa sunt
exiccatio ⁊ abstersio cū eq̄litate absqꝫ mordi
catione ⁊ ꝓprie qꝺ ablutū est ꝺ ea: ⁊ est cōue
niētior in emplis ⁊ eius exiccatio ⁊ abstersio
in corpibus tpatis sunt minus q̄ꝫ i duras hn̄
tibus carnes. ¶ Vul. ⁊ vl. ¶ Cōfert vulneri
bus ⁊ vlceribus difficilibꝰ ⁊ hūidis puluerizata
ta i emplis. ¶ De calcanto. Capꝫ. clxx.

Alcantū. ¶ Nā. ¶ Calidū ē ⁊ siccū ad
quartū. Ope. ⁊ pro. Est exiccatiuū
induratiuū ispissatiuū corpis ⁊ in ipso sūt cō
strictio ⁊ adustio. Vulnera ⁊ vl. Cōfert
fistulis nasi. Mem. ca. Prohibet fluxū
sanguis nariuꝫ: ⁊ qñ de eo distillat vna stilla
dissoluto i aq̄ in nares mūdificat caput ⁊ ra-
dix eius ē de sūma medicinaꝝ mūdificantiuꝫ
aurē cōferēs doloribus eiꝰ fridis ⁊ interficit
vermes. Mem. expul. Datur in potu. ʒ. ꝺ
eo cū melle ad vermes ⁊ ascaraides. Ve
ne. Expellit nocumentum fungorum.

¶ De colcotar. Capitulum. clxxi.

Olcotar quid ē. Inqt Sal. alcacadis
qñqꝫ cōuertitur ⁊ fit colcotar. Natura
¶ Est calm ⁊ siccū i tertio. Oper. ⁊ ꝓpri.
¶ In ipso sunt adustio vehemēs ⁊ cōstrictio
cursuū sanguineoꝝ ⁊ exiccatio ⁊ adustū ē plu
rime exiccatiōis ⁊ minoris mordicatiōis ⁊ i
ipso est cū stipticitate plurima calitas pluria
Apata ⁊ bothor. Cōfert formice ⁊ heri
sipile qñ linitur cū aq̄ coriandri: ⁊ puluerizatur su
per fraudulētū ⁊ ambulatiuū ⁊ adurit carnē
additā: ⁊ facit euenire escarā. Memb. ca.
Cōfert fluxui sanguinis nariū ⁊ apatibus
gingiue. Mem. an. ⁊ pec. Confert apati
gauonis. Mem. oculi. Ponitur i alcofol
ad abstergendū ⁊ subtiliādū grossitudinē pal
pebraꝝ. Mē. expl. Prohibet fluxū mēcis.

¶ De canebiri. Capitulum. clxxij.

Anebiri. ¶ Natura. Est calidū in pri
mo. Opera. ⁊ pro. Est subtile ab-
stersiuū incisiuuꝫ. Inquit. Paulus. generat
melanconiā ⁊ ꝓprie illud qꝺ coquitur cuꝫ sale.
Decoratio. Abstergit pānū ⁊ morpheā
⁊ ẜm veritatē est res magis iuuatiua ad sor-
diciem. comestū enim ⁊ suppositū vt emplm
remouet ipm in diebus paucis ⁊ hoc sciunt
arabes. Vul. ⁊ vl. Qñ ex folijs eius fit em
plm ꝯfert vlceribus fraudulētis in māmilla.
Membra ca. Quū ex eius radice fit ca
ꝓpurgiū ꝯfert humiditatibus grossis in cere
bro. Mem. an. ⁊ pec. Aperit oppilatōes
pulmōis ⁊ mūdificat ipm. Mē. nu. Ape
rit oppilationes epis ⁊ splenis. Mēbra expl.
Aqua eius soluit ventrē: ⁊ est emplm ad
hemorroidas: ⁊ remouet dolorē ventris pun
gitiuū ⁊ resoluit duritiē matricis: ⁊ extrahit
chimos grossos malos: ⁊ aperit oppilatiōes
epis ⁊ splenis. Venena. Alcanebiri est
emplm ꝯueniēs vermibꝰ venenosis oibus.

¶ De cuso. Capitulum. clxxiij.

Vsus qd est. Eius spēs sūt tres: nigra
alba ⁊ rubea: ⁊ oēs sunt acres ⁊ stiptice
⁊ vna quidē spēꝝ eiꝰ est quiddā qꝺ noiatur lau
danū. Et cusus qdē i radice est laudanū: aut
aliud ambo eniꝫ sunt ꝓpinquaꝝ dispōnum.
¶ Natura. ¶ Natura eiꝰ caliditatē decliat:
⁊ fortasse i quibusdā generibus eiꝰ est frigus:
sed laudanū ipsum est calidum in fine tertij.
Opera. ⁊ propri. Est nocinus neruis et
in ipso est stipticitas: ⁊ proprie in folijs eius
⁊ in floribus ipsius est constrictio. Ille vero
qui ex tota eius summa nominatur laudanū
est callefactiuus aperitiuus orificiorum ve-
narum ⁊ lenificatiuus. Deco. Lachry-

ma eius est interficiens pediculos abstersiua Laudanū autē cū vino ⁊ oxymelle abstergit vestigia vlcez ⁊ asperitatē eoꝝ: ⁊ qñ miscetur cū vino ⁊ myrrha ⁊ oleo de myrto probibet casum capilloꝝ. verūtñ nō peruenit ad hoc vt conferat eis que sunt sicut alopitia : qm̄ eius resolutio est pauca. Vul. ⁊ vl. Decoctio eius cū vino confert plurimū vlceribus ⁊ fit ex eo empl'm ⁊ confert ambulationi fraudulenti ⁊ fit ex eo ceratū ad adustionem ignis. Instru. iun. Nocet neruis. Mē. ca. Qñ admistratꝰ succus eius cū oleo irino ⁊ melle ⁊ nitro soluit soda antiquā. ⁊ qñ accipiꝰ succus eius qui niger est ⁊ calefit in cortice granati ⁊ distillaꝰ in aurē diuersam parti dentis dolorosi cōfert. ⁊ caputpurgiū factū ex aqua eiꝰ est bonū ad purgandū caput ⁊ sanat cursum antiquū ad aurē ⁊ exiccat vlcera eius. Mē. nu. Qñ ex recenti fit empl'm spleni cū aceto confert. Mem. expul. Qñ bibunꝰ tres anulusat de flore albi cū vino confert dysenterie ⁊ bibat in die bis et qñ fit ex eo qđ recens est empl'z ⁊ ex capitibus eius prouocat mēstrua ⁊ qñ fit ex eo suffumigatio post purgationem menstruoꝝ probibet inpregnationē. ⁊ ille qui paruus est quū supponiꝰ ex parte capitis eius prouocat menstrua ⁊ extrabit fetū. ⁊ ex laudano qdē fit suffumigatio ad secūdinā: ⁊ vt aborꝰtū faciat: ⁊ flos eius stringit naturā. Vene.

Quando bibitur radix eius cum aceto et vino confert morsui rutele.

De canabe. Capitulum. clxxiiii.

Anabs. O pe. ⁊ pro. Semē eius fugat ventositates ⁊ exiccat. ⁊ est difficilis digōnis: ⁊ mali humoris: ⁊ fortis calefaciōis ⁊ qđ frixū est est minoris nocumenti sed sirupus acetosus . de zuccaro expellit eius nocumentū. Apo. ⁊ bo. Ex decoctione radicis eius qui est siluestris fit empl'm apatibus calidis ⁊ herisipile. Mem. ca. Conferunt succus eius ⁊ oleū ipsius dolori auris. ⁊ lauatur cū succo folioꝝ eius caput. ⁊ confert furfuribꝰ ⁊ semē eius facit soda ꝑpter vehementiā calefactionis ⁊ vaporationē ipsius. Mem. nu.

Grana eius sūt difficilis digōnis ⁊ sūt mala stō. Mem. expul. Ex corticibus eius qñ plurimū sumiꝰ ipse intersecat sperma.

De chimolea. Capitulum. clxxv.

Himolea quid est . Est laminosa sicut marmor alba splendida bona in sapore suo est canforeitas. ⁊ de ipsa est quedā q̄ splēdorē nō hz. oīs velociter ē frangibilis. Vul. ⁊ vl. Confert adustioni ignis proprie cū aq̄ ⁊ aceto: ⁊ qđ est ex ea adustū ⁊ lotū confert vlceribus difficilibus ad incarnandum.

De culcasia. Capitulum. clxxvi.

Vlcasia quid est. Est planta in qua est assimulatio de alusnē. Natura. Calida est ⁊ sicca in primo. O pe. ⁊ pro. In ipsa est salsedo cū stipticitate ⁊ partes eius nō sūt siles ⁊ est cū inflatione pauca. Mem. an. ⁊ pe. Fit ex ea gargarismus cū lacte ⁊ sale ipsius ⁊ in egypto decoquiꝰ cū ea caro ⁊ frigitur cū oleo ⁊ est cibus illic. Mem. nu. Solutōne educit aquā citrinā. ⁊ proprie semē eius ⁊ succus ipsius ⁊ minoreꝰ ex ea vt nō debilitet. Mem. expul. Prouocat vrinā ⁊ generat sperma ⁊ expellit cholam ⁊ aquositatē cū facilitate. ⁊ potus ipsius fit ab vna tertia libre vnius vsq3 ad duas tertias libre.

De charta. Capitulum. clxxvii.

Harta. Nā. Cal'a est in primo sicca i scđo. O pe. ⁊ pro. Probibet q̄ adustū est de ea fluxū sanguis . Apo. ⁊ bo. Qđ de ca adustum est probibet sabafat. Mem. ca. Qđ de ea adustū est probibꝫ fluxum sanguinis narium.

De cataf. Capitulum. clxxviii.

Ataf qd ē. Est illud qđ dꝛ chrysolocanna. Nā. Est cal'a ad fm humida i ipso. O pe. ⁊ pro. In semine eius est virtus lauatiua hn̄tium choleram.

De cucurbita. Capitulum. clxxix.

Ucurbita. Nā. Est fra ⁊ humida in scđo. O pe. ⁊ pro. Illa que est elixata nutrit aliquantulū. ⁊ est velocis descensionis si non corrumpit ante digestionem pp cāz aliquā. ⁊ nō generaꝰ ex ea humor malus aut si corrumpiꝰ in stō ⁊ miscetur ei hūor malus est tarde consistentie sicut reliqui fructꝰ ⁊ humor qui ex ea generatur est insipidus nisi dn̄etur ei aliquid quod sibi fit cōmistum. nam si cum cydoniis cōmiscetur humor eiꝰ est laudabilis cholericis ⁊ siꝰ si aque acreste ⁊ aque granati . paruum nocumentū q̄ ipsa affert colon duplicatur. ⁊ de proprietate qdē eius est q̄ generatur ex ea nutrimentū homogeneum ei quod ei associatur. nā si comedaꝰ cum sinapi generaꝰ ex ea humor malus acris aut cum sale generatur ex ea hūor salsus: aut cum stipticis generatur ex ea humor stipticꝰ ⁊ est oīno nocitiua qbus dn̄atur mlia ⁊ pbl'a

bona cholicis.⁊ illa quidē que ē romana nō ingredit̃ in medicinis neqȝ aliqd imprimit in frigidationis neqȝ calefactions:sed qñqȝ admistrat̃ ꝓpter delectationē. Mē.ca. Succus eius sedat dolorē auris calīn.⁊ proprie cū oleo rosaceo.⁊ confert apatibus cerebri ⁊ sirsen.⁊ est conferens dolori gutturis. Membra an.⁊ pe. Sauich cucurbite confert tussi ⁊ dolori pectoris factis ex caliditate. Mem. nu. Eius decoctio confert supeifluitatibus calidis in stō ⁊ remouet eas ⁊ silr vinū effusum in vacuitatē eius deinde admistratū. ⁊ fit ex succo eius caputpurgiū ad dolorē dentium valde.⁊ abscindit sitīȝ ⁊ est ex eis que generant egritudinē stōi valde vt ita stōis puerox ⁊ adolescentiū et nō est medicamē nocumentū stōi nisi vomitus.⁊ nocumentū qꝫ affert colon maximū est. Mem.expul. Qñ eius aqua coquit̃ cū melle ⁊ ponit̃ in ipsa nitrū lenit ventrē. ⁊ silr qñ sepelit̃ in prunis et decoquit̃ sicut est et bibit̃ eius aqua cū zuccaro ipsa vehementer nocet intestinis ⁊ colō ꝓpe. Febres. Cōfert febribus cholicis.

De cucumere. Capitulum.clxxx.

Ucumer quid est. Semē eius est melius semine citroli:⁊ ille qui est melior et subtilior est maturus. Natura. Frigidus est et humidus ad fm. Ope.et pro. Sedat caliditatē et cholerā:sed eius chimus est malus preparatus ad putrefactionē: ⁊ exiccans putrefactionē et febres prauas bathea vero ē velocioris corruptionis q̄ȝ ipse.et in eo quidē qui maturus est. Est abstersio et semē eius ē melius semine citroli. Citrolus vero longioris est digōnis et discurrit in venis crudus et generat febres chronicas cuius qdē nocumtū expellit ameos: a vehementia inflationis stōi: Apo.et bo. Ponit̃ folia eius cū melle super scere phlaticū et confert ei. Mem. ca. Qñ hñtes sincopim calidā ipsam odorant reuiuiscunt. Mem.nu. Qñ admistratur sedat sitim et est bonus stō verūtñ ipse raro digeritur bñ.et qñ bibunt̃ de radice eius duo anulusat cū hydromelle facit vomer̃ humorē subtilē. Mem. expul. In ipso sūt ꝓuocatio:et lenificatio et confert doloribus intestinox et est conueniens vesice. sed est minor batheca in prouocatione. Uenena. Folia eius conferunt morsui canis rabiosi.

De cucumere asinino. Capl̃m.clxxxi.

Ucumer asininus quid est. Est arbor cuius colligitur succus hoc modo. Accipitur eius fructus in fine estatis postq̄ȝ est citrinus⁊ suspēdit̃ in pāno vt currat eius aqua et collet̃ et exiccat̃ in scutella super cinerē:et ponitur super tabulā in vmbra. Electio. Bonus est ille qui est citrinus rectus sicut cucumer vere amaritudinis.et bonus succus est ille qui est albus plāus qui est similis cepe:et super quē iā preteriit annus. Natura. Est calidus et succus i tertio. Ope.et pro. Est subtilis resolutiuus et radix et folia ei⁹ et fructus ipsius abstergunt et resoluunt et exiccāt et cortex eius magis. et virtus succi radicis et fructus ipsius est vna. Decoratio. Succus eius aut succus radicis et foliox ipsi⁹ cōfert icteritie.et puluerizatio eius qd̄ de ipso siccū est delet vestigia in consolidationib⁹ nigra et mordificat sorditiē faciei. Apo.et bo.

Quū fit ex radice ipsius emplm̃ cū farina ordei resoluit oē apa phlaticū antiquū. et est disruptiuū exiturax proprie cū gūma albotī et proprie succus eius. Uulnera et vlcera.

Qñ puluerizat̃ qd̄ de eo siccū est super scabiē et impetiginē confert eis. Instru.iun.

Confert doloribus iuncturax.et eius decoctio clisterizata cōfert sciatice. et fit ex eo emplz cū aceto super podagrā. Mē.ca. Succus eius resoluit emigraneā grossā caputpurgio facto ex eo cū lacte. et liniantur cū eo nares cū lacte euacuabit superfluitates plurias et confert galeate passioni et soda antique. et succus quidē foliox eius est debilior. Qñqȝ distillatur succus in aurem sedat eius dolorē. Mem.an.et pe. Solutio cū succo eius facta vehementis est iuuamenti ei qui anhelitus malitiā hȝ.et linit̃ palatū ad prefocationē phlaticā ex succo eius cū melle et oleo.

¶ De Lacte. capitulum.ccccxliiij.

Ac qd ē. Lac ex tribus cōpositū ē sub-
stantijs aqueitate ꝛ caseitate ꝛ butyro
sitate: ꝛ in vaccino qdē multiplicat butyrosi
tas. Lac vero camelarū partui vicinarū mi
nus hȝ butyrositatis ꝛ caseitatis: ꝛ ē subtile
valde. ꝛ lac asinarū etiā minus existēs buty
rosum est subtile. Caprarū vero lac est tēpe-
ratū: ꝛ lac ouinum est grossum valde. Et lac
vaccinū est pinguius ꝛ grossius. Equarum
vero lac est sicut lac camelarū partui vicci-
narū subtile aquosum. ¶ Electio. ¶ Lac qđ
melius est oibus est lac muliebre: ꝛ lac me-
lius ē qđ ex vbere sugēdo bibitur: aut sicus
mulgetur ꝛ melius ipsius est qđ ē vehemē-
tis albedinis eq̄lis essentie qđ suꝑ vnguē di-
stillatuȝ figitur: ꝛ nō currit: ꝛ est pastus aia-
lis ipsius planta bona: ꝛ nō est in ipso sapor
extraneus declinās ad acetositatē: aut ama
ritudinē: aut acredinem: aut odor extraneus
horribilis. Et oȝ vt administretur statim vt
mulget anteq̄ȝ ꝯuertat. Et lac qdē ois aia-
lis cuius ꝑgnatio ē ꝓlixior ꝑgnatiōe mulie-
rū ē malū q̄ ꝑꝑ ꝓportionale ē illud qđ ē ꝓ-
ximū sicut vaccinū. ¶ Nā. ¶ Aqueitas ē ca
lida ꝛ butyrositas ad equalitatē tendit: lȝ ad
caliditatē declinet. Et lac acetosum ē frīum
ꝛ siccū. ¶ O p. ꝛ pro. ¶ Aqueitas eius ē sub
tiliatiua lauatiua solutiua. Et in ipsa nō est
mordicatio. Et lac qdē est nutritiuū ꝛ equat
chimos ꝛ confortat corpus ꝛ abluit. Et quā
do bibitur cuȝ melle mundat vlcera interio
ra ad humoribus grossis ꝛ maturat ea ꝛ la
uat: ꝛ ē boni chimi: ꝛ facit exuberare sangui
nem: augmentum faciens in cerebro: ꝛ pro-
prie sac muliebre ꝛ lac qdē est propinque di-
gestionis ꝛ qn̄o nō quuȝ sit generatū ex san
guine quod est in sūmo digestionis cui suꝑ-
uenit digestio quedā alia quūuis sit ex mē-

bro qd̃ ad frigus declinat. nõ enim nutritur ab eo donec fiat in dispõne cibi qui indiget dispõne pꝛima ꝛ clarificatõe pꝰ clarificatõeȝ imo qñ dñaẽ ei caliditas bõa reducit ipsũ ad naturã sanguinis equalis velociter. O quaȝ bonũ est qd̃ Ruffus dixit de eo et si nõ ei cõtradicatur et propter declinationẽ suã ad frigus aliqd̃ nocet phlegmaticis qñ caliditas eoꝝ nõ conuertit ipsum ad sanguinẽ sic opoꝛtet et corpus vtitur ipso ante conuersionẽ eiꝰ propterea ꝙ est ei propinquũ et propter hoc cõfert habentibus cõplexionẽ calidã ꝛ siccaȝ quum in ipsoꝝ stõis nõ est cholera. Amplius lac cũ corporibus proportionalitates hȝ quarũ cause nõ cõprehenduntur. Illum autem q bibit lac post ipsum quiescere oportet vt non corrumpatur et nõ acescat. verũ oȝ vt nõ super ipsum dormiat neqȝ suscipiat super ipsuȝ cibum alium donec descendat ꝛ est magis cõueniens cõsistentibus q̃ȝ adolescentibus calidã hñtibus cõplexionẽ. nã conuertitur in ipsis ad choleram ꝛ confert senibus ẽt propterea ꝙ humectat ꝛ remouet pruritũ qui eis ẽ proprius sed oȝ vt iuuenẽ ad ipsum digerẽdũ cũ melle. et multotiens quidẽ incipit lac soluere et extrahere superfluitates que sunt in partibus intestinoꝝ deinde incipit nutrire et expanditur in corpus et retinet nãm et est inflatiuũ q̃usqȝ feruere incipiat et est compositũ ex soluente qd̃ est eius aqueitas ꝛ ꝯstringẽte qd̃ est caseitas ipsius et colostra est tarde digestiõnis et grossi humoris et tarde descensionis. mel vero ipsaȝ rectificat et acquirit ex ea corpus nutrimentũ plurimũ et acetosi crudi humoris et qd̃ decoctũ est et proprie quod est grossius est magis constrictiuũ et oẽ quidẽ lac facit possidere oppilationes ꝛ proprie in epate nisi lac camelaꝝ fetaꝝ et similiũ ꝓpter paucitatẽ caseitatis eius et abstersionem aqueitatis ipsius et confert materibus q̃ effũdiẽ ad mẽbra interiora et ledunt ea sua acuitate et mordicationẽ debilitat enim eas qñ lauat ipsas vltra ablutionẽ aque propter abstersionẽ que est in aqueitate sua et nõ est in aqua et equat equalitatẽ eaꝝ ita vt conuertãtur ꝛ fiant similes membro deinde glutinat eas super ipsum. s. inter membruȝ ꝛ inter humorem malũ; nõ ergo obuiat et humor nudo et ipsum nocet hñtibus fluxum sanguis. lac preterea nõ est bonũ visceribus ꝛ lac capraꝝ est minus nocens visceribus q̃ȝ aliud. nam plurimum eius quo pascitur est constrictiuũ. Ouinum vero lac acetosum est econtrario. ꝛ non est laudabile et in ipso est inflatio. ꝛ lac quidem in sua subã est velocis conuersionis ꝛ proprie ad caliditatẽ et neqȝ est aliquid nocibilius corpori q̃ȝ lac malũ. et lac quidẽ asinarum est aquosum et lac iscrosinum aquosũ est nõ maturum et lac vernale aquosum cõparatum ad estiuum et sic lac aialis cuius pastus est ripa aut. aut terra linosa qñ plante veris sunt aquose cõpate ad plantas estatis. et quãto magis ingrediẽ vel accit estas ad autumnũ tanto fit magis grossum et quod melius est est illud qd̃ est in medio estatis vetũ ñ timeẽ in ipso ꝙ calor ipsuȝ ꝯuertat post q̃ȝ potatũ fuerit. Illud vero nõ timeẽ in vere Vaccinũ pterea est pꝛimi butyri et ouinum pꝛime est caseitatis et butyrositatis sed caseitas in lacte carmelino est pauca postea in lacte equino deinde asinino ꝛ propter hoc raro caseaẽ in stõ et supioribus ventris plusq̃ȝ aliud. et in lacte qdẽ camelino est salsedo propterea qa diligunt acetosum et hoc est melius lac ꝛ cũ hoc dr̃ ꝙ est vehementis tarditas ĩ stõ ꝛ supioribus ventris. et scias ꝙ lac diuersificaẽ ẽm spẽs aialiũ et ẽȝ etatẽ si est paruũ aut magnũ aut mediocre ꝛ ẽm formã si est lenis carnis aut dure pingue aut extenuatuȝ albũ aut aliũ hñs colorẽ ꝛ debilius qdeȝ lac ẽȝ ꝙ dr̃ est lac albi coloris ꝛ est velocioris descensionis. Decoratio Plimꝰ vsus lactis generat pediculos ẽm quidã existimauerunt ꝛ nõ elongaẽ. veꝝ ipm abstergit cicatrices se fedas in cute linitũ ꝛ colorẽ efficit valde bonũ bibitũ. veꝝ ipsum facit multotiens accidere sordes nisi lac camelaꝝ recenter fetaꝝ ex ipso enim raro timenẽ sordities ꝛ qñ bibitur cũ zuccaro colorẽ efficit valde bonũ ꝛ proprie mulieꝝ ꝛ impinguat ita ẽt ꝙ aqua casei ipinguat hñtes ꝯplones calas ꝛ siccas quũ soluũẽ potu eius ꝓpter suã causam ꝛ nõ impinguat eos nisi propterea ꝙ humectat ꝛ extrahit humorẽ malũ quare rectificat nutrimentũ. ꝛ lac quidẽ alraib cũ scoria impinguat illos velociter. Aqua vero casei delet pannuȝ et cicatrices linitũ ꝛ qñqȝ confert eis bibitũ.

Apo. ꝛ bo. Multotiẽs sanaẽ illi qbus accidunt apata mala et carbuculi ꝛ almescere et scabies ꝛ pruritꝰ bibitõe lactis cũ i ꝯplonibꝰ eoꝝ nõ fuit qd̃ corrũpat ipm ꝛ cõuertat ad cholam. et lac qdẽ nociuũ est hñtibus apata

intrinseca. ¶ Vul. ꝛ vl. ¶ Lac rectificati vlce
ra intrinseca per hoc ꝙ lauat ꝛ ꝙ glutinat et
ꝙ mundificat ꝛ cū nō est in cōplone qḋ cor-
rūpat ipm̄ ꝛ ad cholam conuertat hn̄tibus
vlcera ꝛ aqua quidē casei cū myrobol. scabi-
ei est conueniens. ¶ In. iun. ¶ Lac malum ē
neruis ꝛ hn̄tibus egritudines neruoꝝ ꝓprie
frigidas ꝛ phlaticas. ¶ Mem. ca. Lac capri
nū confert catarris ꝛ retinet eos ꝛ ipsoꝝ acre
dinē meliorat. ꝛ confert vlceribus palati. Et
lac est cura obliuionis sicce et tristitie ꝛ alie-
natōis. et lac qdē nocet dētibꝰ ꝛ corrodit eos
ꝛ ꝯcauat ꝛ ꝯsūit eos et ꝓp̄e cū dēs est frē cō
plonis et laxā efficit gingiuā imo oꝫ vt pꝰ ipꝫ
colluat os cū melle et vino et oxymelle. Lac
asininū s̄ꝫ ꝙdr̄ cū colluit ex eo os confirmat
dētes et gingiuā et nō est cōueniens hn̄tibus
soda ꝛ vertiginē ꝛ tinnitū et proprie dormire
super ipm̄ ꝛ vlr̄ nocet debilia habentia capi-
ta. ¶ Mem. oculi. ¶ Lac facit euenire tene-
brositatē visus et caliginē verūtn̄ quuꝫ mul
get in oculo confert ophthalmie et nocumen
to materieꝝ calidaꝝ effusaꝝ ad oculū et aspe
ritati. et silr̄ qn̄ permiscet cū albumine oui ꝛ
oleo rosaceo crudo et ponit super oculū ꝛ cō
fert emulsio eius in ipso in tarfati. ¶ Mem.
an. ꝛ pe. ¶ Lac asininū et caprinū bona sunt
tussi et extuationi et sputo sanguinis s̄m ꝙ si
gnificat locus eius. et lac ouinum iuuatiuū
est sputo sanguinis. et iteꝝ lac est ex medicis
vlceꝝ pulmonis et extenuationis et confert
ore colluto ex ipso ꝛ gargarizato prefocationi
et squinantie apātibus vue et amigdalaꝝ ve
rūtn̄ est nocitiuū hn̄tibus tremorē cordis hu
midum quocūqꝫ mō fit ex sanguine aut pla-
te. et lac qdē camellaꝝ nouiter fetaꝝ confert
asmati et frequentie spēs. et lac conueniētius
pectori q̄ꝫ capiti et stō. ¶ Mem. nu. ¶ Lac
facit possidere oppilatōes in meseraicis et aq̄
casei confert icteritie. et lac caprinum et lac
camellaꝝ recenter fetaꝝ ambulantium ꝛ lac
asinaꝝ confert hydropisi et conferunt oīa illa
duritiei splenis. lac camelaꝝ nouiter fetaruꝫ
cum oleo de alcanna est conueniens duritie
bus intrinsecis et facit euenire inflationem ī
stō dolorē et proprie colostra et ambo cōmo
uent singultū et eructuationē fumosā et ꝓp̄e
lac et nocet splenetico et epatico et indigenti
bus regimine subtiliatiuo nisi lac camelaruꝫ
fetaꝝ. ipsum enim confert egritudinibus plu
rimis splenis et epatis et renouat epar. ꝛ lac
quidē camellaꝝ nouiter fetaꝝ confert hydro
pisi valde et proprie qn̄ bibit cū vrina camel
laꝝ nouiter fetaꝝ arabicaꝝ et exiccat deside-
rium cibi et facit tussim. et lac qdē acetosum
est tarde digōnis valde et est crudi humoris.
veꝝ stōus calidus nālr̄ aut accn̄ialr̄ digerit
ipsum et iuuat cuꝫ ipso ꝛ nō eructuat fumose
ꝓpter ablutionē butyri ab ipso. ¶ Mem. ex
pul. ¶ Aq̄ casei soluendo educit cholam adu
stā et cum epithimo soluit melliam adustam
et lac facit euenire lapidē et lac qdē decoctuꝫ
donec consumat eius aqueitas constringit
ventrē et retinet fluxum sanguinis per infe-
riora. et lac qdē camellaꝝ nouiter fetaꝝ ꝓuo
cat menstrua. et illud de quo extractum ē bu
tyꝝ est bonum solutioni cholice et fit clistere
ex lacte nouiter mulcto ad vlcera intestinoꝝ
et matricis. lac caprinum valet vlceribus ve
sice et lac succurrit nocumento coitus et vi-
gorē fert ad coitum et facit prouenire inflatō
nē in visceribus. oē preterea lac grossum exci
tat cholam et generat lapidē et colostra pro-
p̄rie et lac qdē excitat coitum ita ꝙ etiam lac
acetosum et melir in corporibus calide com
plexionis hoc facit preterea ꝙ humectat ꝛ ꝙ
inflat et sepe lenit ventrē et proprie lac equi-
num camellinum et asininum deinde lac vac
cinum postea lac caprinum et quanto plus
minuit aqueitas et qn̄qꝫ soluit ventrē multi
tudo ipsius qn̄ nō digerit. et sal quidē iuuat
ad solutionē ipsius et ad solutionē aque la-
ctis. Decoctum vero et in quo extincti sunt
carbones et calefactum cum lapidibꝰ ignitis
et laminis ferri ꝓculdubio ventrē constrin-
git. et lac quidē confert rasure intestinorum.
ꝛ lac acetosū constringit fluxū cholericū ꝛ sā-
guinē. ꝛ lac quidē camellaꝝ recēter fetaꝝ cō
fert hemorroidibus ꝛ qn̄ lac ponitur sup apā
ta ani ꝛ vlcera eius ꝛ apāta femoris ꝛ vlce-
ra ipsius confert ꝛ sedat dolorē accn̄tem in
his membris. ¶ Febres. ¶ Lac caprinū ꝛ lac
asininū sunt bona ethice s̄ꝫ ꝙ determinatur
in loco suo ꝛ lac acetosum multotiens expel-
lit febres ethicas qn̄ aufertur eius butyrum
ꝛ fuerit ita ꝙ bene digeratur. lac vero recen
ter mulctum grossum multotiens facit incur
rere febres ꝛ nō oꝫ approximare ei patientem
febrē penitus. ¶ Venena. ¶ Lac confert po-
tui medicinaꝝ mortaliū ꝛ ei qui sumpsit ī po
tu leporē marinū a gūmā rute agrestis ꝛ hy-
osquiamū ꝛ benꝫ ꝛ proprie qui in potu sump

fit cantarides ⁊ leporē mariuū ⁊ gūuā rute agrestis ⁊ helleborū ⁊ strāgulatorē adib ⁊ leopardi ⁊ oēs medicinas putrefactiuas⁊ est cura eius in potu sumpsit benꝫ reducit enim ipsum ad rationem suam.

¶De lampade alcutrub. Capitulū.cccclvi.

Ampas alcutrub qd ē. Est planta proxima isopo. ¶Electio. ¶Qđ de ea admistraṫ est semē ipsius. ¶Nā. ¶Est calida in primo sicca in ƀo ⁊ est in fine ƀi. ¶O pe.et pro. ¶Est aperitiua ⁊ magis dñans in ea ē stipticitas abscindit fluxū quocūqꝫ modo fit. ¶Vul.⁊ vl. ¶Cōsolidat. ¶Mem.ca. ¶Fit ex ea emplm̄ abscindit fluxū sanguis ex naribus. ¶Mem.an.⁊ pec. ¶Prohibet fluxuꝫ sanguis. ¶Mē.ex. ¶Cōfert vlcerib⁹ itestinorū clisteri facto ex ea.

¶De lilio. C.cccclvii.

Iliū qd est de ireos qdē iā diximus et in illo qdē hortulano est terreitas subtilis acgrens amaritudinē⁊ i ipso est aqueitas equalis cōplexionis. ¶Nā. ¶Albū hortulanū qđ noiaṫ liliū azeth est calidū ⁊ siccū in secundo ireos vero siluestris est vehementioris exiccatōis. ¶O pe.⁊ pro. ¶Radix eiusē abstersiua đsiccatia equalis ⁊ radix eius est magis abstersiua ⁊ oleū eius est vehementōris resolutōis ⁊ lenificatōis siue sit aromatizatū siue nō sit aromatizatū ⁊ ireos qdē in oibus illis est fortior⁊ est stipticitas cum hoc ⁊ in ipso est virtus sanandi dolores ⁊ putrefactiones. ¶Decoratio. ¶Confert panno ⁊ lētiginibus ⁊ proprie radix eius ⁊ mundat faciem abluendo ⁊ retinet contractionē eius. ¶Apo.⁊ bo. ¶Si terātur folia ⁊ semina mꝉtū ⁊ fiat ex eis emplm̄ suꝑ herisipilā cū vino confert ei valde ⁊ silr̄ super apāta phlegmatica imatura ⁊ scabiē vlcerosam ⁊ escaras et sahaf ⁊ proprie cū ꝑmiscemus ea aliis medicinis. ¶Vul.⁊ vl. ¶Radix eius confert adustioni aq̄ calide qm̄ exiccatiua ē mollificatia abstersiua cū eq̄litate ⁊ silr̄ folia ei⁹ decocta consolidat. et melius qdē est vt admistratio eius cū oleo rosaceo. Succus vero ireos et reliquoꝝ decoqtur in aceto melle ⁊ in vase ereo ⁊ valet ad vlcera antiqua ⁊ vulnera. et domesticū qdē est melius medicinaꝝ q̄ sunt adustioni aq̄ calide. ¶In.iun. ¶Est bonū incisionibus neruoꝝ. ¶Mem.ca. ¶Ex decoctione radicis eius fit oris collutio ad dolorē dentium ⁊ ꝑprie eius qđ siluestre est oleum qdē eius est conueniēs vlceribus capitis et furfuribus eius et qñ distillaṫ in aurē sedat dolorē eius et sonitū. ¶Mem.an.⁊ pectoris. confert radix eius anhelitui dilatatōis ⁊ proprie ireos. ¶Mem.nu. ¶Confert spleni ⁊ ē malū stō et ꝑprie oleū eius. ¶Mem.expul. ¶Oleū eius est resolutiuū aperitiuū lenitiuum duritiei matricis ⁊ bibitū ⁊ inunctum. et silr̄ qñ decoqṫ radix eius cū oleo rosaceo et nō est ei par in egritudinibus matricis et silr̄ oleū ireos et extrahit fetū et confert dolori ventris pungitiuo et si decoquaṫ radix ei⁹ sola cū aceto aut cū semine hyusquiami et farina tritici sedat apāta calida accñtia testiculis et qñ bibitur ex oleo eius.ōꝫ.5.soluit et ē conueniens hñti ilios cholericū. oleū vero irinū aperit orificia venaꝝ hemoroidaꝝ et silr̄ radix lilii quocūqꝫ mō̄ sit. ¶Venena. ¶Cōfert puncture vermiū venenosoꝝ ⁊ ꝑprie scorpiōis ipꝫ ⁊ succus eius ⁊ sirupus et semē ipsius bibita cōferunt omnibus puncturis⁊ oleum eius est tyriaca coriandri ⁊ fungorum.

¶De liquiritia. Capitulum.cccclviii.

Iquiritia. ¶Nā. ¶Radix eius tꝑata est ⁊ si declinat ad aliqd declinat ad caliditatē et humiditatē. ¶Apo.et bo. Succus eius confert super panaritiū ⁊ silr̄ radix eius ¶Vul.⁊ vl. ¶Eius succus valet ad vulnera ¶Mem.oculi. ¶Radix eius confert vngule et succus eius est fortior. ¶Mem.an.⁊ pe. ¶Lenit cannā pulmonis ⁊ mundificat eam et confert pulmoni ⁊ gutturi et clarificat vocē. ¶Mem.nu. Sedat sitim propter humiditatē suā et silr̄ confert inflatōi stōi. ¶Mē. expul. ¶Confert ardori vrine et valet ad vlcera renū et vesice et scabiei ipsius. ¶Febris ¶Confert febribus antiquis.

¶De lente. Capitulum.cccclix.

Ens qd ē. Lēs ē quoddā genus qđ cōediṫ et ē notū. et ē aliđ gen⁹ siluestr̄ malū et ē lens amara et māifeste caliditatis in qua ē siccitas et paꝝ stipticitas et est ƀꝫ ꝙ dixit Dia. herba lōga pꝉꝫ stipitū subtiliū ramoꝝ colorē hñtiū cydonii longioꝝ strictioꝝ ī qbus est aspitas q̄dā ⁊ sunt decliues ad albedineꝫ ¶Electio. ¶Melior ē illa que ē veloci⁹ matura et est alba lata et qñ cadit in aqua nō denigrat eā et oꝫ vt bene matureṫ in decoctōe. ¶Nā. ¶Sal. visum est ꝙ ipsa est eq̄lis i caliditate ⁊ siccitate aut ē declinis paꝝ ad caliditatē ⁊ ꝑpter illud nō ifraṫ aꝑ cōestionē sui neqꝫ quā ē i stō neqꝫ descendēs. ¶O pe.⁊ ꝓ

pꝛietatibus . ¶ Est inflatiua ꝛ composita ex
virtute constrictiua ꝛ abstersiua ꝛ facit vide
re somnia mala et stipticitas corticis eius est
plurima ꝛ in ipsa tota est inflatio plurima ꝛ ispis-
sat sanguinē et nō currit in venis et ipsa mi-
norat vrinā ꝛ menstrua pp illud ꝛ generantur
ex ea humor melicus et egritudines melice
et fortasse kist ordei est ei contrariū et quasi
aggregatur ex cōmistione eoꝝ nutrimentū val
de bonū et fortasse erit ex summa melioꝝ nu
trimentoꝝ. et oꝫ quidē vt sit kist ordei minus
quantitate lentis et lentis etiā cū ficla nutri-
mentū est laudabile qm̄ sunt contrariaꝝ di-
spōnū que ambe sunt tpate ꝛ ponuntur in ipsa
ordeū ꝛ mentastꝝ ꝛ deterius qꝺ decoquitur cū
lente nenkesut. Et oꝫ quidē vt ꝓiciantur super
vnā eminā lentis nouē emine aque et deco-
quitur valde. ¶ Apo. ꝛ bo. ¶ Qn̄ decoquitur cū
aceto ꝛ fit ex ea emplm resoluit scrofulas et
apata dura. et in ipsa quidē cū repercussione
est aggregatio saniei et ipsius multitudo ge-
nerat cancꝝ et apata dura que noiatur sufidus
¶ Vul. ꝛ vl. ¶ Qn̄ coquitur cū aceto replet vl
cera ꝓfunda ꝛ eradicat sordes vlceꝝ ꝛ mino
ratur sordities eoꝝ ꝛ si fuerint magna tunc ap-
ponatur cū eis que sūt magis stiptica sicut sūt
cortices granatoꝝ ꝛ reliqua. Et cū aqua ma
rina ad herpetē estiomenū ꝛ formicā ꝛ fissu-
ras accn̄tes ex frigore. ¶ Jn. iun. ¶ Est ma-
la neruis sed si ex ea cū suauich ponitur emplꝫ
super podagrā confert ꝛ multitudo eius facit
possidere leprā. ¶ Mem. oculi. ¶ Jllius qui
plurimū eius cōestione vtitur visus obtenebratur
propter vehementiā exiccatōis eius . Et qn̄
ex ea fit emplm cū corona regia ꝛ cydonio ꝛ
oleo rosaceo sanat apata oculi calida. Mē.
an. ꝛ pe. ¶ Fit ex ea emplm decocta in aqua
maris super apata mām̄ille facta ex constri-
ctione sanguinis ꝛ lactis. ¶ Mem. nutrim̄.
¶ Est difficilis digōnis mala stō ꝛ generat
inflatōez ꝛ grauat ꝛ qn̄ excorticatur de ea. xxx.
grana ꝛ deglutiuntur conferunt fm qꝺ dr̄ mol
lificatōi stōi. et nō oꝫ quidē vt lenti admiscea
tur dulcedo. Jpsa enim tunc faciet possidere
oppilationes plurimas in epate et ex eis que
sunt necessaria in esse lentis est qꝛ ipsa est in-
uatiua hydropisis ꝛ videtur propter exicca-
tionē eius. ¶ Mem. expul. ¶ Qn̄ decoquitur
absqꝫ cortice suo stringit ventrem aut cū cor
tice suo qn̄ decoqr cū aqua et expellitur ab eo
aq̄ pria illa nāqꝫ pria aq̄ soluit ventrē ꝛ deco

cta qdē cū cortice ꝓiecta aq̄ magis est stri-
ctia q̄ꝫ excorticata qm̄ in cortice ipsius est vir
tus stipticitatis valde vehemens ꝛ fit forti-
or strictura eius ventris qn̄ decoquitur cum
endiuia ꝛ lingua arietis ꝛ portulaca ꝛ cum si
cla que noiatur nigra propter vehementiam
sue virtutis aut cū rosa aut cū aliquo stipti-
coꝝ postq̄ꝫ bene sit elixata ante illud ꝛ sic nō
mouebit ventrē et ex ea fit emplm cū melli-
crato ꝛ cydonio ꝛ oleo rosaceo ad apa ani. ꝛ
sit fuerit maximū cū eo qꝺ est magis stipti-
cum ꝛ lens quidē siluestris et est lens amara
soluit sanguinē ꝛ lens minorat vrinā ꝛ men-
strua propterea quia ipsa inspissat sanguinē
ꝛ nō prouocat penitus nō ergo approximet
ei hn̄s lesionem in vrina ex parte distillatōis
sed amara facit ambo descendere ꝛ prouo-
cat vrinam. ¶ De Lana. Ca. cccccl.

Ana. ¶ Vul. ꝛ vl. ¶ Adusta confert vl-
ceribus ꝛ carni addite.

¶ De Lupino. Capitulum. cccccli.

Upinus quid est. Est granū compresse
figure amari saporis percussum in me
dio ꝛ est faba egyptiaca. ¶ Electio. ¶ Silue
stris est fortior in oibus que narrnātur ꝺ ope
ribus eius sed est minor . ¶ Natura . ¶ Est
calidis in primo siccus in scꝺo. ¶ O pe. ꝛ ꝓ.
¶ Est stipticus cum virtute. ꝛ lupinus i quo
est amaritudo absteugit ꝛ resoluit sine mor-
dicat one de quo iquit Gal. Lupinus a quo
ablata ē amaritudo est grossus et non est lon
gum quin sit glutinatiuus ꝛ non remanet in
eo abstersio eius et ex toto quidem est malus
difficilis digestionis generans humorē cru
dum in venis quando nō digerūt ipsum be-
ne. ille vero qui cum bonis condites est pluri
mi est nutrimenti. ꝛ qn̄ eius decoctio sit bo-
na ꝛ digeritur est nō mali humoris ꝛ in ipso
sunt siccitas et viscositas. ꝛ ipse quidē infun
ditur vt eius amaritudo remoueatur . deinde
decoquitur ꝛ penitus est medicine propinquior
q̄ꝫ cibo. ¶ Deco. ¶ Soluit capillos ꝛ abster-
git pānū ꝛ morpheā ꝛ vestigia ꝛ occultatōez
ꝛ bothor ꝛ abstergit faciē ꝛ ꝓpe qn̄ decoquitur
cū aq̄ pluuiali dōec dissoluatur ꝛ cōfert admini
stratio libre de decoctōe eius ad albaras.
¶ Apo. ꝛ bo. ¶ Cōfert bothor i facie ꝛ vlceri
bus ꝛ apatibꝰ calis ꝛ scrofulis ꝛ duritiebꝰ aut
cū aceto ꝛ melle aut sic oꝫ i vnoqꝫqꝫ corpor ꝛ
eiꝰ decoctio qn̄ fūditur sup cācrenas cōfert cor
ruptōi eoꝝ. Vul. ꝛ vl. Cōfert scabiei qꝛ ipe cū

radice alinezerion nigri remouet scabiē be-
stiaꝝ ⁊ confert herpeti estiomeno ⁊ albasaf ⁊
vlceribus malis ⁊ fraudulentis ⁊ sedat faria
eius cū farina ordei dolorē vulneꝝ ⁊ confert
igni persico. In.iun. Fit ex eo emplm̄ su
per sciaticā ⁊ confert. Mem.ca. Farina
eius confert vlceribus capitis hūidis. Mē.
nu. Aperit oppilationes epatis ⁊ splenis et
proprie qn̄ decoquitur cū aceto ⁊ melle ⁊ ru
ta ⁊ pipere. et ille qui amaritudinē nō hꝫ se-
dat nauseā ⁊ dirūpit appetitū. sed ille cuius
amaritudo egredit̄ est difficilis penetratiōis
Mem.expul. Extrahit vermes ⁊ ascari-
des decoctus ⁊ linitus super umē ⁊ degluti
tus cū melle aut potatus cū aceto cōmisto.⁊
confert doloribus mulieꝝ et ꝓuocat mēstrua
et extrahit fetus cū ruta et pipere suppositus
et bibitus et qn̄ supponit̄ cū ruta et melle ad
illud et extrahit vermes bibitus cū melle et
aceto.et sil'r ꝓuocat vrinā et in ipso est cōstri
ctio ventris dulcoratus vero secundum quod
quidam dicunt neqꝫ soluit neqꝫ stringit.

¶De Lactuca. Capitulum.cccclii.

Actuca qd est. Illa que est siluestris in
virtute existit papaueris nigri. Natu
tura. Gal.nō est in frigiditate eius q̄ hor
tulana est applicatio ad vltimū. sed est sicut
frigus aque lacune.et humiditas eius ē gros
sior humiditate sicle et atriplicis et subtilior
humiditate malue.et dr̄ ꝙ ipsa est in hume-
ctatione et exiccatōe inter caules ⁊ atriplices
et blites dico aūt ꝙ ille qui dixit ꝙ est frigida
in tertio iudicauit de ipsa ꝙ est mali nutrim̄
ti et pauci et nō est ita et vr̄ ꝙ ipsa sit in scdo.
Ope.⁊ pro. Nō est in ipsa abstersio neqꝫ
stipticitas neqꝫ solutio ꝓp eīonē suā a salse-
dine et ponticitate et reliquis. Sanguis vero
ex ea generatus est melior sanguine genera-
to ex oleribus et que nutribilior est:est illa q̄
est elixata et ipsa confert diuersitati aquaruꝫ
et illa qdē que nō est abluta est melior. Ablu
tio eni addit ei inflationē et similiter oib9 ole
ribus.frigidis et est velocis digōnis et quan
do admistrat̄ in medio vini prohibet egritudi
nes ebrietatis .et illa qdē q̄ est siluestris i vir
tute existit papaueris nigri. Apo.⁊ bo. Cō
fert apatibus calidis.et herisipile linita quā
do vtraqꝫ nō fuerint magna et vehementia.
Vul.et vl. Est emplm̄ conueniens super
contorsionē. Mem.ca. Facit somnū et re
mouet vigilias elixata et cruda ⁊ confert alie
nationi et adustioni solis in capite et est medi
camē oppilatōis in naribus facte. Mem.
oculi. Lac eius que siluestris est abstergit vl
cera cornee.et lac domestice propinquū est ei
et ex ea fit emplm̄ ophthalmie calide. et lac
siluestris confert fistulis lachrymaliū et assi
duatio cōestionis eius obtenebrat oculum.
Mem.an.⁊ pe. Addit in lacte. Mem.
nu. Cōfert tussi ⁊ caliditati stōi et inflatiōi
eius .et hortulana quidē est bona stō et est ve
locis digōnis et acceptio eius cū aceto facit
appetitū et confert eius comestio icteritie.
Mem.expul. Eius semē exiccat sperma
et sedat desideriū coitus et confert multitudi
ni pollutōis et olus eius minus est in illo q̄
semē eius et de lacte quidē lactuce quū in po
tu dat̄ medietas .ʒ.cū aq̄ et mele solutōe edu
cit chimū aquosum et hortulane propinquū
est lacti siluestris. Ipsa vero lactuca non stri
git neqꝫ soluit qm̄ non est salsa neqꝫ abster
siua sed est prouocatiua.et siluestris quidem
lac ꝓuocat menstrua. Venena. Lac silue
stris in potu datur morsui rutele ⁊ scorpiōis.

¶De Lactuca asini. Capitulum.ccccliii.

Actuca asini quid est. Est sicut folia la
ctuce subtilia pl'is numeri ad nigredinē
declinans plus pilosa et folia eius radici ad-
herent nata ab ea grauia ⁊ color radicis eius
ad rubedinē ⁊ est declinis ⁊ tingit terram et
manū colore rubeo ⁊ orit̄ in terra bona ⁊ ē ex
subā aquea ⁊ terrea ⁊ est asiniar ⁊ iam dcm̄
est de ea. Electio. Citrina est fortior et al
ba est aquea debilis. Nā. Cal'a est ⁊ sicca
in principio scdi. Ope.⁊ pro. Est abstersi-
ua apitiua ⁊ qd̄ de flore eius est siccū est for
tius in illo et nā quidē radicis eius est proxi-
ma nature seis eius sed radix est fortior ⁊ ꝓ-
prie sicca Inqt paulus et in ipsa est virtus at
tractiua ex ꝓfundo adeo ꝙ extrahit surculos
Apo.⁊ bo. Confert apatibus duris vbicū
qꝫ sint. Vul.⁊ vl. Qñ ex eo fit ceratū con
solidat ⁊ sil'r aqua eius in cerato. In. iunc.
Est notū emplm̄ super podagrā ⁊ sil'r cum
aceto super sciaticā. Mem.ca. Succus
eius est mundificatiuus capitis facto caput-
purgio ex eo ⁊ admistrat̄ cū melle in cola et
confert linitū. Mem.oculi. Qd̄ de ea sic-
cū ē mundificat vestigia remanentia in ocu-
lo ⁊ grossitudinē extremitatū palpebrarum.
Mem.nu. Mundificat epar et que cū
aceto condita est valet ad splenē cōesta et vt

emplm superposita. ¶ Mem.expul. ¶ Prouocat menstrua fortiter ⁊ interficit embrionem viuum ⁊ extrahit fetū mortuū ⁊ confert apa tibus duris in matrice supposita ⁊ sedando in aquā eius ⁊ est res magis prouocans mē strua ⁊ magis conueniēs. ⁊ qd̄ de ea in vltio admistrat est aureus bibitus ⁊ suppositus. ⁊ admistrat cū cerato super ragadias ani.

¶ De Lentisco. Capitulum.ccccliiii.

Lentiscus quid est. Est nota. ⁊ rob quidē lentisci ⁊ gūma eius deferet ad mechā ⁊ noiat hoc noie. ¶ Nā. ¶ Cala est in tertio humida in primo. ¶ O pe. ⁊ pro. ¶ Est absterfiua resolutiua attractiua et ꝓfundo corporis. et gūma eius est gūma in arbore alkēkez et est sicut laudanum in potentia est bōi odoris ⁊ ingredit in odoramentis mulierum in halep. ¶ Mem.ca. ¶ Rob lentisci confert valde fluori oris ⁊ vlceribus eius. ¶ Mem. expul. ¶ In ipsa est virtus ꝯstrīgēdi vētrem.

¶ De Lauro. Capitulum.ccccclv.

Laurus qd est. Granū eius est ſm figurā auellane parue sup qd̄ sunt cortices nigri subtiles qd̄ ꝯpressione frangit in duas partes que sunt grani nigri ad citrinitatem boni saporis ⁊ eius odor est redolens ⁊ eius folia sunt sicut folia myrti preter ꝙ sunt maiora ⁊ eius fructus est rubeus. Ipsa vero oritur in locis montuosis ⁊ virtus eius est in foliis ⁊ fructu. ¶ Nā. ¶ Grana eius sunt calidiora ⁊ cortices eius suut minores caliditatis ⁊ est oio calida ⁊ sicca in scdō. ¶ O pe. ⁊ pro. ¶ In granis eius est mollificatio ⁊ in ipsa tota est calefactio. ⁊ grana eius sunt calidiora foliis ipsius ⁊ calefactio partiū ipsius ⁊ exiccatio eaꝝ est fortis sed grana sunt vltima et cortex est debilior ⁊ minoris caliditatis ⁊ eiꝰ oleū est calidius oleo nucis. ¶ Decoratio. ¶ Linit sup morpheā cū vino. ¶ Apo. ⁊ bot. ¶ Confert cū pane ⁊ sanich apatibus calidis ¶ Ju.iun. ¶ Confert doloribus neruoꝝ omnibus ⁊ eius oleū resoluit laxitudinē. ¶ Mē. ca. ¶ Resoluit soda ⁊ eius oleū ēt ⁊ silr ambo faciunt ad dolores auris frīos ⁊ elongationē auditus ⁊ couferunt tinnitui ⁊ catarro. ¶ Mem.an. ⁊ pec. ¶ Confert stricture anhelitus ⁊ difficultati dilatatiōis deglutita cum melle aut cū rob ⁊ silr cursui ⁊ superfluitatū ad pulmonē et fiunt ex ea loch cū melle ad vl cerosa pulmonis anhelitū dilatatōis et proprie ex granis eius. ¶ Mem.nu. ¶ Oleū eius confert dolori epatis qñ bibit cū vino odorifero et silr cortex eius veꝝ ipsa et grana eius sunt mollificantia stōm et conuenientia vomitū. ¶ Mem.expul. ¶ Eius oleū facit nanseaz et facit vomitū et in ipsa est prouocatio menstruoꝝ et vrine et decoctio folioꝝ eius cōfert egritudinibus vesice et matricis adeo ꝙ sedendo in ea et potio eius ad solutionem fit. ʒ.ii. cū aqua mellis et oxymelle. et quādo qꝫ de cortice eius bibit aur. frangit lapidem et interficit fetū propter suā amaritudinē additā super amaritudinē alioꝝ et fit potio .ix. karates et grana eius frangunt lapidē etiam ¶ Febres. ¶ Oleū eius confert horripilatiōi inunctū. ¶ Venena. ¶ Confert mordicatiōi scorpionis cū vino et rob et est bona vespe et api qm̄ pungunt et oio est tyriaca venenis bibitis omnibus. ¶ Permutatio. ¶ Loco eiꝰ ponuntur folia sisimbrii.

¶ Capitulum de littera. M.

¶ De meliloto. Capitulum.ccccclvi.

Melilotū quid est. Flos plante coloris pallee in quo est lunaris figura cū raritate sua quandā hñs duritiē. et ex eo quidē aliud est albū et aliud cittinū. Electio. Ex eo melius est qd̄ est durius et cuius color declinat ad albedinē parūper et sapor ipsius amarior sentit et cuius odor est manifestior. Inqt Dia. melius ex eo est illud in quo est croceus color et est acuitioris odoris quanuis odor spēi ipsius in principio sit paruus et debilis et fit in colore eius color fenugreci. Natura. Est calm̄ in primo siccū in eodē. et ad vltimū est cōpositū et calitas ipsius est dñantior fŕiditate ipsius Inqt Dia. est equale in fŕitate et caliditate. O pe. ⁊ pro. In ipso est stipticitas pauca cū resolutōe et propter illd̄ digerit. Inqt Dia. Est liquefactiuū superfluitatū. et dixerunt alii eius succus cū careno sedat dolores et est resolutiuū subtiliatiuū ⁊ confortatiuum membroꝝ. Aposte. ⁊ bo. Cōfert apatibus calis et duris proprie cū careno et etiā ꝑmistū cū vitello oui et farina fenugreci ⁊ semine lini et papaueris ſm locū. Vul. et vl.

Confert vlceribus humidis et proprie mellino linitū cū aqua et cū aliquo desiccatiuoꝝ opposito cū eo qd̄ si sicut galle et lutū lene et lentes. Mēm.ca. Confert apatibus auriū et dolori ambaꝝ superposito emplō ex eo cū careno et reliquis que dicta sunt et distillatōne facta in eis ex succo eius ⁊ eius in uuame

rum in doloribus est velocius. ex ipso quoq;
fiunt embroce et sedant soda. Mem. oculi.
Confert apatibus oculi facto emplo ex eo
cũ careõ et cũ eis que dicta sunt. Mem. ex
pul. Confert apatibus ani et testiculoꝝ fcõ
emplo ex eo cũ careno et cũ eis que dicta sũt
decocto cũ vino.

¶ De myrto. C. cccclvii.

Mirto quid est. Nota est ⁊ in ipsa ẽ ama
ritudo cũ punticitate et dulcedine et fri
giditate propter punticitatẽ suã et ipsius bũ
chum est fortius et fiunt ex eo trocisci cum si
rupo stiptico. et in ipsa est subã terrea et subã
subtilis pauca ⁊ ipsius quidẽ bũchum est qd
dam super virgultum eius in colore virgulti
eius hñs formã plante vel vole manus et fi
gurã eius. et in oleo ipsius sunt oĩa iuuamen
ta que dicunt. Electio. Fortior que ad ni-
gredinẽ declinat et proprie rotunda hñs fo
lia precipue montana ex ea tota. et flos eius
melior est albus ⁊ succus fructus eius est me
lior et eius quidẽ succus quũ veterascit debi
litatur ⁊ fit cortex iõq; oz vt ex eo trocisci fi-
ant. Natura. In ipsa est caliditas subtilis
⁊ magis dñans in ipsa est frigiditas et eius
quidẽ stipticitas est maior frigiditate eius. et
videtur quod eius frigiditas sit in primo ⁊
siccitas ipsius in termino scdi. Opera. ⁊ p.
Retinet solutionẽ ⁊ sudorẽ ⁊ oẽm fluxũ san
guinis ⁊ oẽm cursum ad membꝝ ⁊ quando
cũ eo fit fricatio in balneo confortatur corpus
⁊ desiccantur humiditates que sunt sub cute
⁊ embroce quidẽ decoctionis eius cũ super
ossa effunduntur velocius fit ipsorum restau-
ratio ⁊ qd ex ea adustũ est loco tutie ponitur
ad hoc vt bonus fiat odor corporis ⁊ confert
oĩ fluxui sanguĩs linitũ ⁊ loco empli superpo
sitũ ⁊ bibitũ ⁊ silr eius rob ⁊ rob fructus ⁊ ei9
contractio fortior est infrigidatõe eius. ⁊ ipsi-
us quidẽ nutrimentũ est paruũ ⁊ in sirupis
quidẽ nõ est qui constringat dolores pulmo-
nis ⁊ tussim preter sirupũ eius. Decoratio.
Eius oleũ ⁊ succus ⁊ decoctio ipsius cõfor-
tant radices capilloꝝ ⁊ prohibent casum ⁊ p
longant eos ⁊ denigrant ⁊ proprie ipsius se-
mina. ⁊ decoctio seminũ eius in butyro pro-
hibet sudorẽ ⁊ rectificat rasurã venaꝝ ⁊ folia
eius sicca prohibent fetorẽ ascellaꝝ ⁊ ipsius
cinis loco tutie ponitur ⁊ cõfert pãno. Apo.
⁊ bo. Sedat apata calida ⁊ herisipilã ⁊ for-
micã ⁊ bothor ⁊ vlcera ⁊ qd ẽ super ambas
volas ⁊ adustionẽ ignis cũ oleo ⁊ vino post
ipsius cõmistionẽ cũ eis ⁊ silr eius oleũ ⁊ vn-
guentũ factũ ex ipsius oleo ⁊ confert ipb9 suc
cus cuz proiicit super panariciũ ⁊ silrceratũ
ex eo ⁊ quũ decoqtur ẽt eius fructus cũ vino
⁊ fit ex eo emplm sanat vlcera q̃ sunt in am
babus volis manũ ⁊ i vtrisq; pedibus ⁊ adu
stionẽ ignis ⁊ phibet eos a vesicatiõe ⁊ silr
eius cinis cũ cerato. Iu. iun. Emplm fcm
ex fructibus eius decoctis cũ vino est cõueni
ens mollificatõi iuncturaꝝ. Mem. ca. Re
tinet fluxũ sanguis ex naribus ⁊ abstergit fur
fures ⁊ exiccat vlcera capitis ⁊ vlcera auris
⁊ ipsius pus quũ ex ipsius aqua ⁊ ipsaz distil
latur ⁊ confert ipsius sirupus mollificationi
gingiue et eius folia quũ in vino decoquũtur
⁊ fit inde emplm sedant soda vehementer.
Mem. oculi. Sedat ophthalmiã ⁊ exituz
⁊ quũ coquitur cũ ordeo sanat eoꝝ apata ipsi
us cinis ingredit in medicis vngule. Mẽ.
an. ⁊ pe. Confortat cor ⁊ aufert tremorẽ cor
dis ⁊ confert fructus ipsius tussi propter dul
cedinẽ suam ⁊ retinet ventrẽ vtentis eo si est
solutus sua stipticitate ⁊ confert fructus ipsi-
us sputo sanguis ⁊ ẽt ipsius rob silr. Mem.
nu. Confortat stõm proprie rob eius et semi
na prohibent cursum superfluitatũ ad stõm.
Mem. expul. Succus fructuũ eius est p
uocatiuus ⁊ ipsemet confert ardori vrine et
vesice ⁊ est bonũ in prohibendo prouocationẽ
menstruoꝝ. et eius aqua stringit naturã ⁊ re
tinet solutionẽ cholericã et melancolicã lini
ta et ipsa cũ oleo sisamino exprimit phlegma
⁊ cum solutione emittit ipsum. et decoratio
fructuũ eius confert fluxui humiditatũ ma-
tricis et confert emplastro inde facto hemor
roidibus ⁊ confert apati testiculi ⁊ eius deco
ctio confert exitui ani ⁊ matricis. Venena
Confert morsui rutele et silr fructus eius cũ
potat cũ vino ⁊ silr puncture scorpionis.

¶ De melongena. Capitulũ. cccclviii.

Melõgẽa qd ẽ nota ẽ. Electio. Que ex
ea ẽ antiq̃ ẽ mala. ⁊ ei9 nã ẽ hĩc frixi eius
recẽs vero ẽ saĩor. Nã. Scdõz filiũ mesau
gue ẽ frã. verũtñ veꝝ ẽ q virt9 ĩ ipsa dñans ẽ
calitas ⁊ siccitas ĩ ßo pp amaritudinẽ ⁊ acui
tatẽ ipsi9. Ope. ⁊ p. Gñat mlĩaz ⁊ gñat
oppilatões. De. Corrũpit colorẽ ⁊ deigrat
supficiẽ corporis ⁊ citrinat colorẽ. et q̃ ex me
longenis sunt pue cõedũt excorticate ⁊ ipse q
dẽ faciunt possidere pannum. Apostemata
⁊ bo. Generat cancros ⁊ duritiez ⁊ lepraz

¶ Mem.ca.¶ Generat soda et oppilatōes et facit multiplicare tristitiā in eis.¶ Mem. nu.¶ Generat oppilatōes epatis et splenis nisi illa que cocta est in aceto. Ipsa eni apit oppillatōes epatis fortasse. ¶ Mem. expul. ¶ Generat hemorroidas. Verūtn̄ si ex capitibus eius in vmbra siccis et contritis fiat epithia ꝯfert hemorroidibus.et melōgēa qd̄ nō hȝ ꝓprietatē ad stringēdū aut soluēdo.verūtn̄ quū cogr̄ in oleo soluit'et i aceto strigit.

¶ De mace. Capitulum.cccclix.

Macis qd ē.ē filis foliis ꝯpositis venosis siccis declinās ad rubedinē ꝛ citrinitatē sic̄ corter et ligna et folia mordicās liguā sic̄ cubebe.fili⁹ mesaugue ē cōter nucis muscate.

¶ De musaiaba. Capitulum.cccclx.

Musaiaba quid est. Est filis virtuti nere misk sed ē subtilior eo.¶ Natura. Inquit Paulus est equalis. ꝛ dixerunt alii est calida ꝛ sicca in scđo.ꝛ nō est dubitatio quidē in caliditate ꝛ siccitate ipsius. ¶ Opera. ꝛ pro.¶ Resoluit inflationē ꝛ in ipsa est stipticitas.¶ Ap.ꝛ bo.¶ Resoluit durities grossas quū ponuntur in cerato. ¶ Decoratio. ¶ Oris odorē bonū efficit. ¶ Mē.ca. ¶ Ex eo cū oleo violaceo fit caputpurgiū ad soda frigidā ex ventositatibus grossis in capite et ad emigraneā.¶ Mem.nu.¶ Confortat ep ꝛ stōm.¶ Mem.expul.¶ Constringit iliacaȝ ꝛ confert dysenterie ꝛ est boua matrici.

¶ De myrobolanis.Capitulum.cccclxi.

Mirobolani quid. Eorum alii sunt citrini imaturi ꝛ alii sunt nigri indi ꝛ sunt illi qui vlti sunt in maturitate ꝛ suut pinguiores ꝛ alii sunt kebuli qui sunt maiores omnium ꝛ alii sunt finii qui sunt minuti ꝛ leuiorēs ¶ Electio.¶ Meliores sunt citrini vehemē tis citrinitatis ꝛ decliues ad viriditatē grauess grossi duri kebuli autem sunt meliores q sunt grossiores ꝛ grauiores ꝛ submerguntur in aqua ꝛ sunt decliues ad rubedinem. ꝛ finii meliores sunt illi qui rostrum habent. ¶ Natura. ¶ Dicitur ꝙ citrini calidiores sunt nigris ꝛ dicitur ꝙ indi sunt minoris frigiditatis q̄ȝ kebuli.ꝛ omnes quidem sunt frigidi in primo sicci in secundo. ¶ Ope.ꝛ pro. ¶ Omnes existigunt choleram ꝛ confert ei. ¶ Decoratio. ¶ Nigri clarificant colorem. ¶ Apo.ꝛ bo. ¶ Myrobolani omnes conferunt lepre.¶ Mem.ca. ¶ Kebuli conferunt sensibus ꝛ seruationi ꝛ rationi ꝛ conferunt ēt soda.¶ Mem.oculi. ¶ Citrini valent oculo mollificato.ꝛ conferunt materiebus que currunt facto ex eis alcofol . ¶ Mem.an.ꝛ pec. ¶ Cōferunt tremori cordis ꝛ tristitie ex amore bibiti.¶ Mem.nu. ¶ Cōferunt dolori splenis ꝛ conferunt nutrimenti instr̄is oibus ꝓpriē ambo nigri. Ambo enim confortant stōȝ ꝛ proprie nutriti ꝛ digerunt cibum ꝛ confortant stōm totaliter preparando ipsum ꝛ nutriendo ꝛ exiccando.ꝛ citrini quidem optime preparant stōm ꝛ similiter nigri.ꝛ finii sunt debiles in eo ꝙ agunt ꝛ kebuli ꝛ in kebulis quidem ꝛ vis faciendi nauseam ꝛ kebuli conferunt hydropisi.¶ Mem.expul. ¶ kebuli et indi frixi cum oleo stringunt'ꝛ citrini soluunt choleram ꝛ parum phlegmatis. ꝛ nigri soluunt melancholiam ꝛ conferunt hemorroidibus ꝛ kebuli soluunt melancholiam ꝛ phlegma.ꝛ dicitur ꝙ kebuli conferunt colice.kebulorum autem potio ad soluendum infusorum fit a.v.ʒ.vsq̄ȝ ad.ʒ.xi.ꝛ non infusorum vsȝ ad ʒ.ii.ꝛ dico ꝙ fit vsq̄ȝ ad plus. De citrinis vero quādoq̄ȝ sumitur in potu vsq̄ȝ ad.x.ꝛ plus tritis ꝛ infusis in aqua. ¶ Febres. ¶ Conferunt kebuli febribus antiquis.

¶ De muscho. Capitulum.cccclxii.

Muschum quid est. Fluuiale est aqueuȝ terreum ꝛ marinum est vehementioris stipticitatis sed muschum petrosum est fur fur lapidum ꝛ nos iam diximus.¶ Natura ¶ Est frigidum.¶ Ope.ꝛ pro.¶ Retinet sāguinem in omni loco linitum ꝛ marinum vehementius.¶ Apo. ꝛ bo. ¶ Ponitur super apostemata calida ꝛ herisipilam ꝛ formicaȝ ꝛ similiter quod est vt lentes muschum cum sauich.¶ Instru.iun. ¶ Super podegraȝ calidam ꝛ dolores iuncturarum calidos valet et quando feruet in oleo antiquo lenit neruos ¶ Mem.expul. Fit ex eo empl̄m ramici intestinorum ꝛ detumescere facit eā ꝛ glutinat.

¶ De mandragora. Capitulū.cccclxiii.

Mandragora qd ē.nota ē ꝛ nos iā ꝑscrutati fuim⁹ ei⁹ narratōeȝ i ca. de iabrol. ¶ Nā.¶ Scđm me ē fr̄a vsȝ ad tertiū ꝛ humida.

¶ De muscho.Ca.cccclxiiii.

Muschus quid est. Muschus est folliculus animalis sicut gazel ipse nisi quia hȝ duos dentes albos flexos ad interiora sicut duo cornua.¶ Electio.¶ Melior est fui suam mineram antebium ꝛ dicitur immo ascíltie.deinde iurgiū:deiude idus marinus ꝛ

ex parte pastus q pascit vtrūqȝ been ꝛ spicā deide almaru. Et melioꝛ ex parte coloꝛis ꝛ odoꝛis ē pomalis citrinus. Nā. Est calidus ꝛ siccus in ſo. ꝛ qđ ex eo siccū est apud quosdā ē maius. O p. ꝛ p. Est subtilis cō foꝛtatiuus. Decoꝛatio. Vapoꝛat qñ ponitur i cibo. Mem. ca. Quādo fit caputpurgiū ex muscho cū croco ꝛ pauca cāfoꝛa confert soda fre ꝛ solus etiā pp illud qđ i ipso est de resolōne ꝛ virtute ꝛ ipse cōfoꝛtat cerebrū tēpatū. Mē. oc. Cōfoꝛtat oculū ꝛ exiccat hūiditatē eius ꝛ abstergit albuginē subtilez.

Mē. anhe. ꝛ pec. Cōfoꝛtat coꝛ ꝛ sanat tremoꝛē coꝛdis ꝛ melēā ex sollicitudīe. Venena. Est tyriaca venenoꝝ ꝛ ꝓprie napelli.

¶ De mastice. capitulum. cccclxv.

Mastix qd ē. Alius est romanus albus ꝛ alius ē nabathi ad nigredinē declinās. ꝛ arboꝛ quidem eius ē cōposita ex aqueitate pauca ꝛ terreitate plurima ꝛ ē subtilioꝛ et magis iuuās q̄ȝ olibanū. Electio. Melioꝛ est ille q ē albus magnus mūdus. Et ei⁹ rectificatio ē resolō ipsius ꝛ dimissio in aceto p aliquot dies deide exiccat. Nā. Calid⁹ est ꝛ siccus in ſo ꝛ ē minoꝛis calefactionis ꝛ exiccatiōis q̄ȝ olibanū: ꝛ i arboꝛe qđ ei⁹ nō ē infratio ꝛ calefactio vehemēs ꝛ in ipso ē calefactio maioꝛ q̄ȝ ea q̄ est in arboꝛe ei⁹. O p. ꝛ pro. Est stipticus resolutiuus ꝛ oēs ptes eius ꝛ arboꝛis sue sunt stiptice. Et eius qdez cōpositio est ex substātia aquea tepida ꝛ substantia terrea. Et radices eius ꝛ coꝛtices radicū eius ponūtur loco acatie ꝛ hensistides ꝛ loca eius ꝛ fitr succus foliorū eius. Et ex fructu qdē eius fit oleū vehemētis stipticitatis. Gal. aūt videtur videre in oibus partibus eius cū stipticitate lenificationē ꝛ similiter sūt olera eius. Nabathi vero qui trahit ad nigredinē stipticitas est minoꝛ ꝛ exiccatio ē maioꝛ ꝛ ē magis cōueniens in eo q necesse est resolui foꝛtiter. Et totū qđ in ipso ē de stipticitate ꝛ leniacatione ꝛ exiccatiōe est sine ipedimēto ꝛ ē subtile valde ꝛ liquefacit pp suā subtiliationē ꝛ lenificationē ꝛ caliditatē suā subtilē phl'a ꝛ ē cū hoc minoꝛis acuitatis ꝛ spissitudinis q̄ȝ relique gūme. Decoratio. Ponit in dentifricijs ꝛ i gomaris ꝛ facit possider pulchritudinē. Apata ꝛ bot.

Confert pp illud qđ in ipō est de stipticitate et lenificatiōe apatibus viscerū. Et nigrū nabathi est cōuenientius duritiebus intrinsecis et nigrū ꝯfert apatibus foꝛmicalibus.

Vul. et vl. Prohibet succus eius et decoctio folioꝝ ipsius ambulatiua et oleuȝ arboꝛis huius cōfert scabiei ita q scabiei pecudum et canū. Et effunditur decoctio folioꝝ ꝛ succus sup vlcera ꝛ gñat carnē ꝛ similiter super ossa fracta et restaurat. Mem. capi.

Masticatio ipsius extrahit phl'a ex capite et mundificat ipsuȝ et similiter collutio oris ex eo facta confirmat gingiuas. Mem. oc.

Adherent eo pili inuersari. Mem. anhe. et pec. Confert tussi et puto sanguis ꝛ proprie decoctio radicis eius et coꝛticis eius.

Mem. nutri. Confoꝛtat stomachū ꝛ epar et aperit appetitū et stomachū efficit bonuȝ et mouet eructuationē et liquefacit phl'a ei⁹ et confert apatibus stomachi ꝛ epis statim.

Mem. expul. Confoꝛtat epar et intestina et confert apatibus eoꝝ et decoctio radicis eius et coꝛticis ipsius cōfert fluxui sanguīs per inferioꝛa et dysenterie et rasure. Et similiter ipsa folia fluxui sanguinis matricis et omnibus doloꝛibus matricis et cursui humiditatis earum malo et augmento matricis et ani et similiter oleum arboꝛis eius et seminis eius prouocat menstrua.

¶ De mu. capitulum. cccclxvi.

Mu quid est. Est frusta diuerse figure in coloꝛe agarici et habet puluerē trahens ad stipticitatē et amaritudinē et est boni odoꝛis pungens linguā et est radix plante: nō eni administratur de eo nisi radix ei⁹ multiplicatur in terra megduna. Electio.

Melius est illud qđ est albū magnū mundum. Et ipsius qdē rectificatio est resolutio ipsius et dimissio eius in aceto per aliquot dies deide exiccatio ipsius. Natura. Est calidū et siccū in tertio et in ipso est humiditas extranea nō matura inflatiua. O per. ꝛ pro. Est subtile abstersiuū aperitiuū simile spice in virtute: verū ipm est foꝛtioꝛis calefactionis ꝛ stipticitatis. Instru. iūc. Cōfert bibitū ꝛ linitū doloꝛibus iuncturarum.

Mem. ca. Facit soda plurimus vsus ei⁹ ꝛ illud propter superfluitatem humiditatis eius congelate in ipso. Mem. expul. Confert difficultati vrine bibitum ꝛ moꝛetemplastri superpositum ꝛ similiter doloꝛibus vesice ꝛ constrictioni superfluitatum in ea ꝛ prouocat menstrua ꝛ confert doloꝛibus matricum ita q encatisma in aqua eius ꝛ confert

dolori pūgitiuo vētris ꝛ rugitui ꝛ inflationi.

¶De mezerion. capitulum.cccclxvij.

Ezerion qd est. Est lacticiniū magnū qđ ē duoꝝ modorū: vnū eoꝝ ē magna hñs folia subtilia: ꝛ alterū est parua habens folia spissa ꝛ hoc ē deterius amborū. Et qđ nigrū ē est pernitiosum. Electio. Melius mezerion est in quo sūt folia plurima ꝛ simi lia folijs oliue ꝛ subtiliora. Quod vero folia parua hꝫ q̄ sunt crispa est malū: sed qñ ma litia almezerion frāgitur cū resołone. Natura. Est calidū ꝛ siccū in quarto. Oper. ꝛ pro. Est acutū mūdificatiuū excoriatiuū ꝛ eius acrimonia est vehemēs. Decoratio. Omnes spēs administrātur ad morpheā ꝛ ad albaras ꝛ ad lentigines linite exterius ꝛ qñ admiscetur ei sulfur in ipso. Vul.et vlce. Omnes spēs eius administrantur ad īpetiginē ꝛ vlcera sordida cū melle et eradi cāt cortices ꝑꝑ illud qđ est in eis de substan tia resolutiua corrosiua ꝛ sił exiccāt scabiē. Mē.ca. Colluitur os cū decoctione eius ꝛ ꝓprie decoctiōe nigri ꝛ sedatur dolor den tis. Et qñ aliqd eis adheret cū pipere ꝛ fru sto faui suꝑ dentē corrosū ꝑꝑ dolorē. Mē. nutri. Nocet epī valde. Mē.expul. Sol uendo educit aquā ꝛ ꝓprie qđ accipitur hu midū hora sui floris. Eius aūt acuitas fran gitur si infundatur in aceto, deīde exiccetur. Et ex eo qdē infuso in potu sumitur sex auř. decocto in lib.ꝛ.ʒ.aque donec de ea rema neāt medietas ꝛ q̄rta ꝛ bibitur ꝛ sołone edu cit lumbricos ꝛ ascarides ꝛ ꝓprie acsunesi ꝛ ꝛ in decoctione calamēti mōtani. Et qñ su mūtur.ʒ.xxij. de eo ꝛ posite ī duobus vrceis vini dimittūtur sic duobus mensibus dein de colantur ꝛ post dimittūtur duobus mēsi bus deinde danł in potu ad hydropisim et ad purgationē mulierū q̄ peperunt ꝛ confe runt. Et eius decoctio cōfert difficultati vri ne vehemēti. Et dixerūt ꝙ ipm etiā solutio ne educit mełiā ꝛ humores phłaticos et pro prie qñ miscetur cū duplo absinthij q̄ztū ipꝫ est. Et qdā eoꝝ sunt q assumūt de eo auř. cū duplo ipsius de absinthio cōfecto cū melle decocto et faciunt ex eo collyria. ꝛ oꝫ qdē vt si fit ad soluēdū aquā citrinā admisceantur ei alia solutiua q̄ ipsaꝫ soluūt. Et si queritur vt eo soluatur mełia fiat ex eo similiter ꝛ mi sceatur ei qđ soluat mełiā. Venena. Me zerion bibitur cū vino ad morsum vermium venenosorū et est proprie nigrum venenum mortiferum. Et quando miscetur cū sauich ꝛ coniungitur cū aqua et oleo interficit mu res et canes ꝛ porcos. ꝛ quod de eo interfi cit homines est pondus.ʒ.ij. interficit enim cum turbatione ꝛ vomitu ꝛ solutione.

¶De maru. capitulum.cccclxviij.

Aru quid est. Dicūt indi ꝙ est spēs plu res. Est eni quedā spēs eius q̄ est boni odoris ꝛ est marmacor ꝛ ē calidior ꝛ siccior. Et est spēs alia q̄ est minoris odoris ꝛ dicił fumuse ꝛ est calida ꝛ lenis. Et tertia spēs no minatur almaru albū q̄ est temperata et in ipsa est virtus lenificatiua. Et existimo ꝙ il la in qua est virtus lenificatiua est lingua bo uis. Et est alia spēs q̄ noīatur marumeus ꝛ est calida ꝛ sicca subtiliatiua. Et ē spēs q̄ no minatur merscebar ꝛ est fřa ſm ꝙ dicit nar rator eius. Natura. Est calidū ꝛ siccū in deinde diuersificatur. Oper. ꝛ pro. Oēs spēs sunt rarificatiue subtiles resolutiue in flationū ꝛ phłatis aperitiue oppilationū vbi sunt. Mem.ca. Distillatur cū aqua lactis ī aurē dolorosā. Et merscebar qdē ꝯfert soda calē ꝛ reliq̄ spēs almaru cōferūt soda fře: sed qđ de eo odoriferū est facit soda ꝓprie quan do odoratur suꝑ vinū. Mem.nutri. Re soluit phła ex stō ꝛ cōfert dolori stōi ꝛ cōfor tat ipm. Mē.expul. Confortat intestina ꝛ semē eius quū frigił cōfert rasure itestinorū ꝛ dysenterie ꝛ si nō frigił sołone educit phła.

¶De marmacora. capitulum.cccclxix.

Armacora qd est. Nota ē. Et flos qui dem eius est cineritius ad duritiem de clinans ꝛ boni odoris qui de eo est aromati cus. Natura. Inquit Dia. Almarmaco ra est calidior maiorana ꝛ fortior ꝛ est calida in tertio sicca in ſo. Oper. ꝛ pro. Est sub tilis resolutiua sedatiua ventositatū aperiti ua oppilationū phłaticarū vbi sūt. Mem. capi. Inebriat velociter quū ponitur ī vino ꝛ facit soda odoratus eius vltime: verum re soluunt odoratus eius ꝛ multitudo ipsius et declinatio super embrocā ipsius omnes va pores ꝛ soda frigidos ꝛ est similis sceba in primo. Mem.nutri. Conofrtat stomachū ꝛ aperit oppilationes viscerum ꝛ exiccat hu miditatem stomachi. Membra expulsio nis. Confortat intestina.

¶De mugath. capitulum.cccclxx.

Vgath qd ē. Dixerūt qdā ꝙ est vene

granati silvestris sed nõ est conueniens hoc qȯ dixerũt qm̃ semen eius est cõueniens coitui ⁊ mouet ipm̃ fortiter. ¶ Natura. Est calidũ perueniens ad tertiũ ⁊ humidũ in secũdo. ¶ O per. ⁊ pro. ¶ Est cõfortatiuũ mẽbrorũ. ¶ Decoratio. ¶ Est ipinguatiuũ. ¶ Instru. iunc. ¶ Confert quũ ex eo fit emplastrũ torsioni ⁊ fracture ⁊ attritioni lacertoꝝ ⁊ dislocationi ⁊ cõfert podagre ⁊ spasmo ⁊ est bonũ tesabuch ⁊ duritiei iuncturaꝝ. ¶ Mem. anhe. ⁊ pec. ¶ Lenificatiuũ ẽ duritierũ que sunt in gutture ⁊ pulmone. ¶ Mem. expul. ¶ Mouet coitum ⁊ proprie semen eius.

¶ De merdesenz. capitulum. ccccl xxi.

Merdesenz qd ẽ. Merdesenz ẽ plumbuz adustũ ⁊ qñ3 fit absq3 plumbo ⁊ peruenitur ad sũmũ rectificationis ipsius: aut qa decoquit in aceto: aut vino puro deide aduritur vice vna aut duabus: aut aduritur sup prunas ⁊ aufertur ab eo qȯ sup ip3 eleuatur aut decoquit cũ aqua ⁊ frumẽto ⁊ cũ ordeo donec findatur ⁊ remouentur ab eo frumentũ ⁊ illa aqua decoquitur cũ aqua recẽti donec purificetur deinde submergitur ab illa aqua. Fit hoc de eo multotiens deinde mũdificatur cũ sale multotiẽs sicut scis ⁊ qñq3 fit aliud. ¶ Natura. ¶ Inquit Gal. Decliue est ad exiccationẽ sed ẽ debilis calefactionis ⁊ infrationis. Apud alios vero est decliue ad aliq̃ztulũ frigoris. Et illud qȯ est ablutũ ẽ pculdubio frũm. ¶ O p. ⁊ p. ¶ Est constrictiuũ ⁊ exiccatiuũ ⁊ abstergit parũper cũ stipticitate ⁊ glutinatiõe ⁊ subtiliat grossum ⁊ stipticitas ⁊ abstersio ipsius sũt parue. Et ip3 qdẽ ẽ materia emploꝝ. Aggregat enim medicinas ⁊ frangit supfluitatẽ resolonis et corrosionis ⁊ stipticitatis etiã. ¶ Decoratio. ¶ Efficit odorẽ corpis bonũ ⁊ ascellarũ ⁊ phibet rasurã coxarũ ⁊ abstergit pãnũ ⁊ cicatrices nigras ⁊ sanguinẽ mortuũ ⁊ ppe illȯ qȯ ẽ ablutũ ⁊ delet vestigia variolarũ ⁊ prohibet sudorẽ. ¶ Vul. ⁊ vlce. ¶ Creat carnẽ i vlcerib⁹ p accñs: sed Gal. ẽ ex eis q dicunt qꝛ ip3 nõ mũdificat ⁊ nõ sordidat ⁊ nõ gñat ⁊ nõ cõtrahit sed ẽ materia emploꝝ ⁊ ꝯfert rasure intestinoꝝ ⁊ rasure almagabin ⁊ coxarũ. ¶ Mẽ. oc. ¶ Illud qȯ ẽ albũ ablutũ ponit i alcofol ⁊ abstergit oculũ. ¶ Mẽ. expul. ¶ Si bibat phibet vrinã. Et multotiẽs qdẽ i regiõe nr̃a dãt ip3 in potu pp fluxũ vẽtris ⁊ vlcera intestinoꝝ ⁊ qñ3 proijciunt ip3 i vasis aque ⁊ minuitur eius nocumẽtũ. ¶ Venena. ¶ Est pernitiosum retinens vrinam ⁊ inflat ventrem ⁊ duo emunctoria ⁊ cõstringit linguam ⁊ prefocat ⁊ stringit anhelitum.

¶ De mescatramescir. capitulum. ccccl xxij.

Mescartamescir qd ẽ. Stipites similes ascehescebra sicco ex quo nõ assumitur in principio cibi sapor plurimus n3 odor deinde succedunt amaritudo ⁊ acuitas. Et qñ pascũt ip3 pecudes facit emulgere sanguinẽ ⁊ excusat a calamẽto imo ẽ eo fortius plm. Et ẽ duarũ specierũ quarũ vna ẽ mescatramesar verũ ⁊ altera ẽ mendosu3 falsu3 ⁊ est ei simile verũ h3 dispõnes debiliores dispositionibus illius. ¶ Nã. ¶ Est calidũ ⁊ siccũ ad tertiũ pueniẽs. ¶ Mẽ. an. ⁊ pec. ¶ Ipsu3 extrahit humiditates viscosas ex pectore et pulmõe. Mẽ. nu. ¶ Sirupus ei⁹ ꝯfert conturbationi ⁊ nausee. Mẽ. ex. ¶ Prouocat mẽstrua fortiter ⁊ vrinã ita qꝛ facit mingere sãguinẽ ⁊ extrahit fetũ bibitũ ⁊ suffumigatũ ⁊ suppositũ ⁊ ei⁹ sirup⁹ puocat sãguinẽ pt⁹.

¶ De mum. capitulum. ccccl xxiij.

cibus in ipso corrumpitur oportet vt regatur cum eo quod confortat digestionez eius qđ corrumpitur cum eo quod dicetur in capitulo stomachi. Et queadmodum tu abscindis cāz cū hoc regimine silr oz ꝙ ꝯfortet patiēs qđ ē cor ita vt nō recipiat iꝑssionē ⁊ nō sis ꝯtētus in abscindēdo cāz absqꝫ ꝯfortatōe patiētis. Immo oz vt cū hoc intēdas ad cor cū medicinis cordialibus. ¶ Et ex eis q̄x iuuamētū magnificat in tremore cordis ē potare pōdus.5.aur.de buglossa in tpe sōni noctibꝰ ꝯtinuis. ¶ Et ex eis qbꝰ iuuat hñs tremorez cordis ⁊ q̄ ad ipz expta sūt ē potare q̄titatez ponderis nuclei de gariofilo masculo in.xij. aur.lactis dulcis in ieiunio aut potare aur.đ sansuco sicco in aq̄ frā si fuerit illic caliditas aut in vino si nō fuerit caliditas in diebꝰ ꝯtinuis. ¶ Et ex eis qbꝰ iuuat hñs tremorē cordis ē vt secū sp̄ sit aromaticū aliqđ ex gñe eorū q̄ ei ꝯueniūt ⁊ assidue vtat suffumigatiōe cū eo facta ⁊ vtat odoramētis eiꝰ: ⁊ vt sint in aromatico eiꝰ q hꝫ tremorē cordis calīm vincentia rosa ⁊ cāfora ⁊ an dalū ⁊ olea frā cuz ꝑua ꝑmistione medicinax aliax subtilis caliditatis sicut pax muschi ⁊ croci ⁊ gariofili nisi metā trāsgrediat res: tūc eni sis ꝯtētus frigidis. Et si ē ꝯplō frā tūc admisce mushū et ambra ⁊ oleū de ben ⁊ oleū de citro ⁊ aquaz cāforatā ⁊ algaliā ⁊ q̄ sūt silia illis ⁊ ꝓpiqua eis ex spēbꝰ suffumigatiōis ⁊ rorificatiōis cōueniētibꝰ fꝫ ꝯplōnē. Et ego qdē nō multiplico tibi sermonē i numerādo medicinas cordiales calidas ⁊ frās. Tu nāqꝫ inuenies eas oēs scriptas in tabulis mēbrox anhelitus in medicinis singularibꝰ: ⁊ ad vltimū ois medicina odorifera ē cordialis. Et cū hoc nos iaz diximꝰ q̄ hax medicinax sūt antecedētes in hac intētiōe. Habēs tremorē cordis cū nausea cuius tremorē cordis diximꝰ eē malum. Cura eiꝰ ꝓprie si fuerint illic relige febris in potu sumat sauic ordei ablutū cuz aqua calida deī infrigidatū cū pōde.x.ʒ.zuccari q̄uis eni ipm euomat etiā tñ iuuat eo: ꝙ si ipse abhorret zuccax ꝑp aditionē quā efficit in nausea. Accipiātur loco eius grana mali granati ⁊ stringātur ambo crura ⁊ olfaciat cāforaz ⁊ q̄ similātur ei cū aceto ⁊ ponatur suꝑ pectus pānus infusus aqua duox sandalox ⁊ canfore ⁊ aliox. Et multotiēs qdez excitat tremor cordis: deinde expellitur aliquid ad inferiora s᷒ dextra ⁊ sinistra ⁊ sedatur tremor cordis.

¶ De cura tremoris calidi. Capitulum.iiij.

Si iste tremor cordis est cum materia ⁊ euacuas eā ⁊ remanet vestigiuz eiꝰ: aut est tremor cordis calidus sine materia tūc oz vt cibetur habēs cū cū eo qđ pax est ⁊ ꝯfert sicut est panis infusus in aq̄ ro. in qua est parū vini odoriferi ⁊ panis cū sirupo đ pomis ⁊ ius pomox ⁊ lac acetosuz sine butyro qđ ē tēporis ꝓpinqui cōmotiōi aut nō acetosum valde ⁊ cucurbita ⁊ blitis ⁊ fructus frigidi. ¶ Si aūt tolerat carnē tūc vtatur alcares ⁊ albusem pullox ⁊ alcubugi proprie. Habet eni ꝓprietatē in hac re ꝑp frigiditatē cōplexiōis ⁊ spēs acetosorū q̄ oēs fcē sūt cū succis fructuum ⁊ acresta ⁊ pomis acetosis ⁊ aceto acuto suꝑ qđ sparsa sit aq̄ ro. ⁊ aqua salicis. Si autē fuerit acetositas citri ⁊ limonis erit res magis iuuatiua. Qđ si res fiat vehemēs ⁊ inflātio da ei ad bibendam aquā frigidā ⁊ aquā niuis mistā cū aq̄ ros. dādo sorbitionē post sorbitionē ⁊ da ei ad sorbēdū sirupū de fructibus ⁊ sirupū de malis asceni ⁊ q̄ sūt similia illis dādo aliqd post aliquid. Et si tibi necessariuz fuerit vt dissoluas in eo cāforam fac. Et qñ est tibi necessariuz vt sis ꝯtentus in eo ad dandū ipsi lac acetosum in potu ab vna.lib.vsqꝫ ad duas.lib. ⁊ ꝑueniet ei cibus. ¶ Qđ si tibi necessariū fuerit vt cōfortes eū cū aliq̄tulo ex medulla pāis ⁊ tortellarū fac. ¶ Si aūt inueneris virtutē debilē ⁊ timueris extinctionē nō erit excusatio quin permisceas cū hoc ⁊ cuz eis q̄ via eius incedunt ex cubebe ⁊ cardamomo ⁊ folijs citri ⁊ etiaz ex coriandro ⁊ cāfora cū ros. ⁊ spodio vt temperent ea. Super buglossam vero sis audax vt nō timeas malitiā eius ⁊ vtere ea cuz omni qđ in potu tribuis ⁊ in cibo das. Et eni iam cucurrit cōsuetudo vt in potu tribuat ⁊ similiter aque eius distillate. Et qñ cōfert ei potare pōdus.ʒ.i.de reubarbaro sceni in aqua frigida diebus continuis. Et stude vt sit aer infrigidatus vltima infrigidatione ⁊ vt sint rorationes ⁊ odoramenta aromatizata canfora ⁊ ex sandalorum presentia ⁊ non est malum vt roretur super ea aliquid vini cuz tanta quantitate qua penetrare faciat aromaticitatem eoruz ad cor. Et ex eis quibus iuuatur habens tremorem cordis caliduz est permutatio ab aere suo ad aerem frigidum. Illud enim reducit ad sanitatem. ¶ Et nō oportet vt obliuiscaris emplastra infrigidātia super

coꝛ facta ex sandalis ⁊ aqua roſ. ⁊ aqua fera
rioꝛuꝫ ⁊ canfoꝛa ⁊ rosis ⁊ spodio ⁊ lentibus
emplastretur cum eis os stomachi ⁊ pꝛopꝛie
in febꝛibus. ¶ Cōposita vero iuuatiua in hoc
sunt vt in potu dentur troc. de canfoꝛa cum
croco cum sirupo acetositatis citri ⁊ quan-
doqꝫ ponuntur in eo folia citri ⁊ diamuschū
dulce ⁊ lenificans infrigidatiuum. descriptio
experta ad illum qui non est ex caliditate ve
hementi spodij partes. iiij. xiloaloes indi ga-
lie muschate amboꝛuꝫ añ. ʒ. i. cardamomi ga
riofiloꝛum amboꝛum añ. ʒ. i. canfoꝛe. ʒ. ſ. dra-
gaganti. ʒ. iij. fiant trocisci cum aqua de tere-
niabin. Sitqꝫ vnusquisqꝫ trociscus pōderis.
ſ. vniꝰ. ʒ. ¶ Descriptio alia. ℞. doꝛōigi ptēꝫ. i.
canfoꝛe quartam partis sandaloꝛum tertiaꝫ
partis margaritaꝝ karabe coꝛalli xiloaloes
spodij rosarum omnium añ. medietateꝫ par
tis buglosse partes. ij. conficiantur cum aqua
maloꝛum ⁊ fiant inde trocisci ⁊ quod ex eis
in potu sumitur sit pondus. ʒ. i. vsque ad auř.
Medicamen foꝛtius illo in extinguendo. ℞.
seminis lactucarum seminis endiuie spodij
rosarum sandali seminis poꝛtulace buglosse
coꝛiandri sicci coꝛalli karabe margaritarum
omnium añ. partes. ij. canfoꝛe quartam par-
tis sitqꝫ quod ex eo in potu sumitur pōdus.
ʒ. ij. Descriptio alia. ℞. amili karabe marga-
ritarum melisse felēge misk aluminis iame-
ni friti omnium añ. partes. iij. luti armeni ru
bei amboꝛuꝫ añ. partes. v. Sitqꝫ quod ex ea
in potu sumitur pōdus auř. cum aqua melis-
se. Quod si superfluat res ⁊ augmentatur in
flammatio ⁊ timetur ꝙ sit vestigium aposte
matis: tunc foꝛtasse est tibi necessarium vt in
potu des semen mandragoꝛe ⁊ opium. Et
melius quidem est vt in potu tribuas de se-
mine mandragoꝛe pondus q̄rte. ʒ. i. ⁊ de opio
vsqꝫ ad medietatem. ʒ. i. permistis cum medi
camine aromatizato ex muscho et xiloaloe
crudo et canfoꝛa et croco secundum virtu-
tem et hoꝛam necessitatis.

De cura tremoꝛis frigidi. Capitulum. v.

Euacuantia quidem si fuerit illic ma-
teria sint secundum semitam quam ti-
bi exposui. Et ex eis q̄ experta sunt ad phleg
maticum humidum de illis siue sint in par-
tibus coꝛdis et in stomacho: est vt sumatur
agarici pondus. ſ. ʒ. i. et pulpe colloquintide
pondus. i. danic ⁊ turbit pondus. ʒ. i. et bdel-
lij pondus danic et muschi et croci amboꝛuꝫ
añ. taraugi ⁊ xiloaloes indi pondus danic ⁊ l
salis naptici pondus quarte. ʒ. i. ⁊ est dosis. i.
¶ Et ex eis que experta sunt ad melancoli-
cum vt sumatur myroboř. nigroꝛum ⁊ kebu-
loꝛum amboꝛum añ. pondus. ʒ. i. epithymi. ſ.
ʒ. ⁊ lapidis armeni pondus quarte partis. ʒ. i
diamuschi amari pondus. ʒ. iij. sumař in po-
tu cū tāta q̄titate vini odoꝛiferi in q̄ dissolua
tur. ⁊ q̄ñ sufficit assiduare admistractōꝫ hie
repi. in pōdeř aur. i. cū pōdeř danic de epithy
mo dādo ipsā in potu cū oxymelle ⁊ ꝯtinueř.
Medicine āt pmutātes ꝯplōnē frām sūt ty
riaca ⁊ mithridatū ⁊ diasmuschum dulce ⁊
amaꝝ ⁊ medicam̄. Cesaris ⁊ scelithe ⁊ miliū
ambꝛe ⁊ diacādū ⁊ letificās magnū ⁊ ꝯfectō
anabibah ⁊ trocisci de muscho. Et q̄ñ frigus
fit foꝛte indiges eis q̄ sūt sic coꝛdumeni ⁊ da
re ex eo in potu. Et q̄ñꝫ ꝯfert ei sumeř aceto
sitatis istagar. xxx. aur. cū vino in quo iā infu
sa fuit buglossa ⁊ cibeř aq̄ ciceris ⁊ pullis co-
lūbaꝝ ⁊ carnibꝰ pꝛuaꝝ auiū ⁊ alcanabir. et ex
ꝯpositis alijs ē medicam̄ exptū. ℞. buglosse.
ʒ. i. zurūbꝫ doronigi amboꝝ añ. ʒ. iiij. doſ eiꝰ
sit pōdus. ʒ. i. in pꝛincipio mensis ⁊ in medio
eiꝰ ⁊ in fine ipsiꝰ ⁊ oꝫ vt sit in vino odoꝛifero.
Aliō. ℞. karabe castoꝛei amboꝝ añ. ʒ. i. alfelē-
gemisk gariofili galie amboꝝ añ. ptē. i. dosis
eiꝰ sit medietas. ʒ. cū succo almusera nō cola
to neqꝫ bullito ⁊ hic sūt medicine bōe vltime
pꝛolixaruꝫ descriptionū dicte in antidotario.

¶ De speciebus sincoṗ ⁊ causis ipsius ⁊ cau
sa moꝛtis subite. Capitulum. vi.

Sincopis ē destructio maioꝛis ptis plu-
rimū virtutū motiue ⁊ sensibilis ꝓpter
debilitatē coꝛdis ⁊ aggregationē spūs totius
ad ipsum ꝓpter cām mouēteꝫ eū ad interio
ra aut ꝓpter causā ṗfocāteꝫ ipsum interius
q̄re nō inuenit spiraculum aut ꝓpter paruita
tē aut subtilitatē suaꝫ q̄re nō superfluit super
illuꝫ q inueniř in minera. ¶ Et tu scies ex his
que verificasti vsqꝫ ad hanc hoꝛam ꝙ cause
illius non euacuātur quin aut sit repletio ma
teriei pꝛefocantis sua multitudine aut oppila
tione aut euacuatio resoluens spūm aut pꝛi-
uatio restaurationis eius qꝺ resoluitur ⁊ fa-
mes vehemens. Et debilioꝛes quidem ho-
mines ad toleranduꝫ ipsam sunt comparati
ad hoc vt neqꝫ sint infirmi neqꝫ sani sicut isā
tes ⁊ q sūt eis ꝓrimi ⁊ decrepiti ⁊ cōualescē
tes. Sed in etate ꝓueniētes tolerāt ipsā. Et
eius tolerātia est hyeme ꝑurima q̄ꝫ i estate.

aut malitia cõplexionis iã cõfirmata aut acci
dẽs eiꝰ magnũ subito aut dolor vehemens
aut debilitas virtutũ principiorꝫ regaliũ ⁊ ꝓ
prie cordis deinde cerebri dinde epis aut de
bilitas cõicãtis sicut oris stõi cũ corde aut
debilitas corporis totius ⁊ maties ⁊ extenua
tio aut dñiuꝫ accidẽtiũ aialiuꝫ ẜꝫ q̄ diximus
tibi in loco alio ⁊ plĩm eiꝰ ẽ decrepitis ⁊ debi
libus ⁊ cõualescẽtibꝰ aut applicatio virtutis
cõtrarie substãtialiter ꝯplõni cordis ⁊ spũs.
s.amborꝫ sicut ẽ ex olfatu fetoris puteorꝫ ⁊ pe
stilentia aeris ⁊ sicut accidit in febribus pesti
lentialibus.⁊ ex cadaueribus ⁊ ex penetratio
ne virtutũ venenorꝫ ad cor ⁊qñqꝫ ẽ ꝓpter ar
terias. Ex illis ẽ illud qđ accidit cã vermiũ
q ascẽdunt ad os stõi ⁊ oꝫ vt distinguamus
post hoc distinctiões plurimas.¶ Dicamus
ergo materie qdẽ faciũt euenire sincopiꝫ aut
ꝑꝑ multitudinẽ suã ⁊ oppilationũ viarꝫ spũs
⁊ qa ꝯprehendũt ipsũ totũ in corde ita vt for
sitan ꝑfocetur. ¶ Et huiusmõi qdẽ gñris sũt
effusiões hũorꝫ plurimorꝫ aut sãguinis pluri
mi ad stõm ⁊ pectus ⁊ ad ambo aut ꝑmuta-
tio materiei aꝑatis sinãcie ⁊ pleureſ ⁊ peri-
pneumõie ad partes cordis subito aut ꝓpter
viscositatẽ earꝫ i poris q̃re oppilãt meatus ⁊
ꝓprie i mẽbris anhelitus ⁊ qñqꝫ ẽ cõis i oĩ
bus venis corporis q̃ñuis nõ faciũt illud sua
multitudine. ¶ Aut ꝑꝑ vehementiã sui nocu
menti cuꝫ q̃litate fr̃a valde aut mordicatiua
valđ ⁊ adustiua valđ. Et sincopis qđ q̃ accit
ĩ initio ꝑoxismi febris ẽ hmõi generis ⁊ eius
cã sũt hũores grossi valđ aut viscosi aut mor
dicatiui aut adustiui.⁊ qñqꝫ fit illđ ꝓpter pro
pinqtatẽ cordis. Et qñqꝫ ẽ in membris alijs
cõicãtibus ei sicut cerebro. Nã quũ i eo acci
dit oppilatio integra ⁊ ẽ apoplexia fit sinco-
pis ꝓculdubio. Et qñqꝫ ẽ in stõ ꝓpter causã
antiquã aut ꝓpter debilitatẽ accidẽtẽ ꝓpter
quã recipiẽs attractionẽ materierꝫ ad os suũ
siue sint fr̃e siue calide. Et qñqꝫ fit cã multi-
tudinis oppilatiõis i venis corporis vbicũqꝫ
sũt. ¶ Et iste materie ꝑnitiose multotiẽs acci
dũt ex superfluitate comestiõis ⁊ potus ⁊ fre
quẽtia fastidij ꝓpter malitiã digestiõis ita vt
ex ea spargat̃ i corpore qđ repleat venas ⁊ op
pilet meatus anhelitus. Et iste qdẽ materie
ꝓpter suã multitudinẽ qñꝫ adiuuãt ad sinco
pi faciẽdã ex ꝑte q̃ priuãt corpꝰ nutrimẽto qm̃
oppilãt viã nutrimẽti bõi ⁊ nõ ꝯuertũtur ꝑ se
ipsas qm̃ ipse ꝓpter suaꝫ multitudinem con
fortãtur sup naturã q̃re nõ patiũt̃ ab ea: ⁊ cũ
hoc ꝯplõ corpis corrumpit̃ ꝑ eas. ⁊ iste qdeꝫ
mẽ q̃ faciunt sincopim sua mltitudie aut ma
litia sua sunt q̃ faciunt tristitiã et nauseã qñ i
stõ cadunt et sunt minoris q̃ñtitatis aut ma-
litie. ¶ Facta ãt cã euacuatiõis supflue nõ ẽ
nisi qa seq̃t̃ ipsã spũs euacuatꝰ cuꝫ ea vsqꝫ ad
hoc vt resoluat̃ maior ꝑs eiꝰ.⁊ illđ ẽ aut solũ
vẽtris cuꝫ diaria aut est solđ ventris ꝯtinua
aut lubricitas stõi et itestinorꝫ aut rasura aut
vomitꝰ plimus aut fluxus sãguis nariuꝫ aut
fluxus sãguis ex mẽbro alio sicut orificijs ve-
narꝫ ani aut ꝑꝑ vulnꝰ aut ꝑꝑ descẽsuꝫ aq̃ hy-
dropisis aut ꝑꝑ aptionẽ dubellati ꝑꝑea qa
currit ex eo res plurima subito aut ꝑꝑ fluxuꝫ
mẽstruorꝫ et partus aut ꝑꝑ multitudinẽ exer
citij aut morã in balneo calido vehemẽtis su
doris aut ꝑꝑ aliquã cãrꝫ sudoris fortis ⁊ sup
flui accidẽtis aut qa facit sudorẽ ꝑ seipsam si
cut calĩtas aut ꝑparationẽ sicut raritas cor-
poris supflua aut subtilitas hũorꝫ in substan
tijs suis ⁊ naturis suis. Et qñꝫ accidit sinco-
pis ab eũone hũorꝫ virtute vitali adhuc forti
nõ ẽ adhuc timẽdũ ⁊ illa est sicut sincopis q̃
accidit post phlõmiaꝫ. ¶ Dolor ãt facit cõtin
gere sincopim ꝑꝑea qa supflue resoluit spũm
sicut in iliaca ⁊ cortica ⁊ in mordicatiõe sup
flua accidẽte in mẽbris sensibilibꝰ.s.oris stõi
⁊ intestinorꝫ ⁊ eis similiuꝫ. Et sicut in dolore
motuũ neruorꝫ ⁊ vlcerꝫ corꝫ ⁊ morsionuꝫ eis
accidẽtiũ sicut scorpionis ⁊ vespe ⁊ in vlceri-
bus iuncturarꝫ ꝑparatarꝫ fricatiõi ⁊ ꝑcussiõi
q̃ sequunt̃ eas ꝑꝑ effusionẽ materierꝫ nocen
tiũ. Et sicut dolores vlcerꝫ ambulatiuorꝫ ve-
hementia dolorꝫ quorꝫ facit sincopim ꝑꝑ suã
acuitatẽ ⁊ corrosione ipsorꝫ. Et ꝓuenit ex eis
corruptio mẽbrorꝫ donec ꝑducit ad morteꝫ.
Ipsa nãqꝫ faciũt sincopim in primis ꝑꝑ do
lorẽ ⁊ in fine ꝑꝑ vehemẽtiã infratiõis cordis
aut allationeꝫ vaporis vẽtosi corrupti ad cor
sequãtis ipꝫ et exiccatiõe mẽbri ⁊ ꝯuersione
eiꝰ ad ꝯtrariũ ꝯplõnis ꝓportionalis hoibꝰ.
¶ De accidẽtibꝰ vero aie iã locuti fuimus ⁊
sciuisti in extenuatiõe cãm ⁊ oppressione quã
cordi faciũt. ¶ Aꝑa ãt facit euenire sincopiꝫ
aut ꝑꝑ magnitudinẽ suã vbicũqꝫ sit appens
aut occultũ corrũpẽs ꝯplõnẽ cordis median
te allatione arteriarꝫ aut ꝑꝑ mẽbrum in quo
est quũ ẽ sicut pãniculus cordis aut ẽ mẽbrꝫ
ꝓprimũ cordi in quo etiã si nõ ẽ aꝑa magnũ
valde ipꝫ tñ facit illđ qđ efficit maximũ lon-

ginquū aut pp dolorē qñqz vehemens fit cū eo. ¶ Sz τ stōus qliter fit cā sincopis. Scias itaqz φ stōus ē mēbrū ꝓpinquū loco cordis τ est cuz hoc vehemētis sensus. Et ē minera collectiōis hūoꝝ diuersoꝝ q̄re ipse facit euenire sincopim aut quia infrat ipz valde sicut in bolismo aut qa calefacit valð aut qa dolere facit valde aut qm̄ ex ipso ē mā grossa mala frā aut mordicatiua acuta et vlcera et bothor in ore eius. Sed τ reliq̄ mēbra qualiter fiunt cā sincopis. Scias φ mēbra alia sunt cā sincopis aut pp dolorē ꝯtinuitatū ex eis cordi aut pp vaporē venenosū quē ipsa mittūt cordi sic̄ ē illð qð accit i ꝓfocatiōe matricis. Aut pp eūonē accidētē in eis resoluentē spūm cordis sicut debilitas vehemēs in ore stōi aut pp oppilationē faciētē ꝯstrictionem viaꝝ spūs τ in eis q̄ sunt in circuitu meatuz cordis aut pp ꝯplōnes corruptas malas fortes dn̄antes eis sicut fit in febribus aduretibus τ pestilētialibus. Et illud ē ex eis q̄ fiunt cū cōitate oiuz mēbroꝝ. Et scias φ sincopis confirmata curationē nō hʒ τ ꝓprie qñ pducit ad viriditatē faciei τ cōuersionē colli: fortasse eni nō erigitur. Et ille cuius res puenit ad hoc tūc quū caput eleuat sīn moritur. Et scias φ in corpe ipsius qui phlōmaꝛ pp necessitatē τ sincopizaꝛ sup ipsā nō pp multitudinē eūonis neqz pp suā cōsuetudinē i phlōmiā assuetā ē egritudo: aut in stō ei⁹ est debilitas p se aut pp effusionē rei ad ipz τ quando mā decrepiti febrientis resoluiꝛ ad stōm suū facit accidere sincopim. Et cā q̄re aliqs sincopim patiꝛ in prima phlōmia sua est qa subitū est qð nō cōsueuit. Et multotiēs qdē accidit sincopis in crisib⁹ pp expulsionē materiei calide ad stomachū. Et multotiens fit phlōmia causa sincopis pp infrigidationez.

¶ De signis. Capitulum. vij.

Signa significātia cām sincopis τ dolores ei⁹ ꝓportionalia sūt signis pdictis tremoris cordis: nā si ipsa sūt debilia sūt tremoris cordis τ qñ sūt fortia sūt sincopis τ q̄to plus fiunt vehemētiora sūt mortis subite. Et pulsus qdē ē significatio significātior illius. Significat.n. sua cōpssiōe cū fixione virtutis materiā cōpressiuā τ sua diuersitate vehemēti cū vicissitudinib⁹ τ puitate maxima resolōnē virtutis. reliquas aūt significatiōes suas bm reliq̄s dispōnes iā sciuisti. Et ad sūmū quū sincopis nō fit subito tūc ad ipsā minoraꝛ pulsus in primis deinde sanguis incipit occultari ad interiora τ ꝯuertiꝛ color a dispositiōe sua. Et fortasse palpebre nō eleuāꝛ τ appet in oculis debilitas mot⁹ τ alteratio coloris τ visui apparēt imaginationes extra inuētionē τ infrāꝛ extrēa τ appet ei roxitas in corpe frā. τ qñz accit nausea τ qñz infraꝛ totū corp⁹. ¶ Quū igiꝛ incipit aliqd horuz signoꝝ post phlōmiā aut solōnē vētris aut assiduationē rei necessario facientis lesionē abstineaꝛ ab ea τ remoueaꝛ cā qm̄ iā pducet ad sincopim si nō abscindaꝛ. Et qñ sincopis nō hʒ cāz manifestā primitiuā τ añcedētē τ ē cū tremore cordis frequēte τ nō ē illð qð est in ore stōi cā faciēs ipsā necessariā τ gn̄ans caz tūc ea ē cordialis ꝯfirmata. Illa vero cū q̄ ē nausea τ cōturbatio ē stōachalis. Et qñ cōtinuaꝛ sincopis τ vehemēs fit τ nō ē cā māifesta faciēs eā imo ē cordialis tūc hn̄s eā moritur subito.

¶ De cura. Caplm. viij.

Illa q̄ fortis ē τ fcā pp malitiā cōplōnis ꝯfirmate curationē nō hʒ. Et illa q̄ nō ē ita imo ē leuior aut est sequēs cās extrinsecas a corde curaꝛ. Et patiēs qdē sincopim qñz ē in sincopi τ qñz ē in eo qð ē iter sincopim et sanitatē τ qñqz est in leui porismo sincopis. Quū ergo ē in dispōne sincopis nō ē sp possibile nobis vt laborem⁹ in abscissiōe cause. Immo nobis nec̄riū ē vt opponam⁹ accn̄ti qð accit cū eo qð ipsi ptinet de cura. Et qñz aggregāꝛ nobis due necessitatis cōtrarie bʒ duas ptes diuersas. Indigem⁹.n. in qbusdā mēbris diminutiōe τ eūone ei⁹ qð i eis ē ex hūorib⁹ τ in spiritibus additiōe nutrimēti τ restauratiōe ei⁹ qð in eis accit de resolōne. Et i pmo qdē qð accit ex sincopi oꝫ vt incipiaꝛ τ laboreꝛ cū eo qð nutrit spūm ex odoribus bōis nisi i ꝓfocatiōe matricis. In sincopi nāqz fcā ex ea oꝫ vt approximēꝛ narib⁹ earū odores fetidi τ ꝓpe ꝯueniētes cū hoc ori stomachi. Et odoramēto qdem calami ē proprietas i ea expta τ ꝓpe i cura cale colice et silr gypso. Immo curāꝛ dādo in potu ad sorbēdū ex viuificātib⁹ virtutē. Et qñ fuerit illic vacuitas τ fames tūc nō approximeꝛ eis vinū purū. Immo oꝫ vt misceaꝛ cuz aq̄ carnis multa τ cōmisceaꝛ cū aq̄ τ si nō tunc fortasse accidēt ex eo ꝯmistio rōnis τ spasm⁹. Et ex eis q̄ nec̄ria sūt in plurib⁹ spēb⁹ sincopis ē inspissatio corporis exterius vt cōprimaꝛ spūs resolutus nisi sit solutio ventris fortis vald

aut sit cā frigus vehemēs. Et quū nō ē illic cā frigoris māifesta ꝓhibēꝛ rorationē aq̄ frē ⁊ euētationē ⁊ sorbitionē aq̄ frē ⁊ aq̄ ro. proprie. Et idiges q̄ odōē sandaloꝝ isecta sūt cū odoramēto odoꝝ frōꝝ. Multotiēs eni sanāꝛ cū istis. Et si ē fortior hac ⁊ nō fit successiōe rei resoluētis caꝉe valde: tūc oꝫ vt insufflletur muschus i nares eiꝰ ⁊ olfaciat algaliā ⁊ suffumigeꝛ quū necesse est ⁊ sorbeat diamuschū si poꝉe ē. Et si cā fuēit caꝉitas tūc odorifera frā administrēꝛ ⁊ roreꝛ aq̄ frā suꝑ faciē eiꝰ in primis ⁊ nō ē malū vt ꝑmisceaꝛ paꝝ muschi ꝺ eo qꝺ admistraꝛ de illis q̄ sunt sicut cāfora ⁊ sandali ⁊ qꝺ est fortis infrātiōis ⁊ fit frigidū ꝯtra calidū ipediēs ⁊ muschus vt ꝯfortet calorē vitalē. Et vt sorbeant aquā frām: ꝙ si tolerat dispō vt sit mista cū vino infrāto subtili tenui tūc ē meliꝰ. Et oꝫ cū hoc vt friceꝛ os stōi frequēter. Et nec̄riū ē vt sit lectꝰ cuius in aere frō. Et silꝛ oꝫ vt sint lecti oiuꝫ hn̄tiū sincopim quuꝫ nō ē ex cā frā ⁊ ꝑprie in sincopi hn̄tiū ethicā: ⁊ oꝫ vt assidueꝛ embrocatio extremitatū ⁊ partiū mēbroꝝ ipsoꝝ regaliū cū aq̄ ro. ⁊ succis fr̄is cognitis: ⁊ nec̄riū ē vinuꝫ infrātū qꝺ ipsi i potu sumāt. Et si fuerit illic singultus ⁊ nausea: tūc oportebit vt viuificeꝛ caꝉitas infirmi ⁊ adiuueꝛ nā eius cōmouēdo guttur cū pēna excitāte vomitū ⁊ cōmouēdo spūm ad exteriora. Et oꝫ vt assidues ista ⁊ attractionē suꝑ cū: ⁊ quā maximū clamorem ⁊ sternutatiōeꝫ ⁊ si fit cū cōdisi. Quūqꝫ illa nō valēt ⁊ nō sternutat tūc eger moriꝛ. Et oꝫ ēt proprie in sincopi q̄ fit ex eūone vt appropinques ei odores ciboꝝ desideratoꝝ nisi in habētibꝰ nauseā ⁊ sincopim accn̄tē cā hūoris i ore stōi. Nō.n. oꝫ tūc vt illꝺ approximeꝛ eis. Et oꝫ vt vtāꝛ vino ⁊ sorbeāt aquā frām aut calefactā ꝫ duas dispōnes notaꝉ. sitqꝫ vinū magis penetrabilis res ⁊ subtilior ⁊ melioris saporis ex eo i quo ē residuū stipticitatis q̄uis sit virtꝰ fortis i eo qꝺ recēs ē ad aggregādū spūm ⁊ ꝯfortādū ipꝫ: ⁊ oꝫ vt nō sit i ipso cū velocitate. Et oꝫ vt sit color eiꝰ citrinus nisi sit sincopis ab eūone: ⁊ ꝓprie ꝫm poros ꝑꝑ raritatē eoꝝ ⁊ reliq̄ tūc .n. diligiꝛ vinū nigrū grossū. Ipsum .n. ē nutribiliꝰ ⁊ magis faciēs declinare hūores ad ꝯtrariū eiꝰ quo fit resolutio ⁊ reducens spirituꝫ in essentia sua. Illi aūt q nō hꝫ egritudinē hāc vinū ꝯueniētius est illꝺ qꝺ est velocioris penetrationis. Et tibi gdē poꝉe est vt ipm experiaris ita vt gustes ex ipso paꝝ. Quūqꝫ videris ipꝫ penetrare ad calefaciēdū cū velocitate cū bonitate substātie ⁊ odoris tūc illꝺ ē ꝯueniēs .s. illꝺ qꝺ q̄riꝛ. Et qn̄ꝫ ponimus in ipso de muschbo circiter .s. ij. grana aut de diamuschbo q̄ntitatē dosis vniꝰ aut medietatis eiꝰ aut tertie ipsiꝰ ⁊ illꝺ qdē in sincopi vehemēti ⁊ silꝛ trociscos muschatos dictos i antidotario. Et ꝯueniētius vinū in hmōi ē illꝺ qꝺ ē calefactū. Ipsū eni i eo cuiꝰ sincopis nō est ex caꝉitate ē magis longinquū ab hoc vt exiccet. Et ex eis q̄ ꝯferūt eis est miua appropriata sincopi dcā in antidotario. Et hoies qbus nec̄riū est magis potare vinū calefactū sūt illi qꝛꝝ tardior ē cessatio. Nō .n. oꝫ vt isti sumāt i potu frigidū ⁊ silꝛ ille cuiꝰ infrāꝛ totū corpꝰ. Et isti sūt illi q indigēt ipso ⁊ inūctiōe extrēitatū ⁊ stōi cū oleis calidis aromatizatis. Et si est sincopis cā materiei tunc si est poꝉe vt expellaꝛ mā cū vomitu cuiꝰ spaꝛ facilitas aut cū clisteri aut phlōmia fiat illꝺ. Et si est ꝑꝑ eūonē ex ꝑtibꝰ intrinsecis calefiāt extremitates ⁊ fricētur ⁊ inūgāꝛ cū oleis caꝉs aromatizatus ⁊ qn̄ꝫ est nec̄riū stringere ea. Et sumaꝛ in oi gn̄e eūonis illꝺ qꝺ dr̄ in capꝉo suo ⁊ ꝑpara in viuificatiōe nē illꝺ qꝺ scis. Et ꝯueniētiꝰ est hn̄ti illā q̄ ex hoc ca. fit successiōe colice passiōis vt sumat galiā muschatā in vino ⁊ succo cydonioꝝ cū aq̄ carnis fortis i vino ⁊ ꝯfert ei masticatio turis ⁊ luti asambiori; nutriti cū canfora. Et si est ꝑꝑ eūonē ex ꝑtibꝰ extrinsecis sicut est sudor ⁊ q̄ silanꝛ illis infrā extrēitates ⁊ pulueriza suꝑ cutē myrtū ⁊ lutū chimoleā ⁊ corticeꝫ granatoꝝ ⁊ reliq̄ stiptica ⁊ nō extrahes māꝫ ad exteriora oino ⁊ nō administres hmōi puluerizationē i sincopi ab eūone intriseca. Immo oꝫ vt ꝯfortes virtutē i oi eūone ꝑcipue approximādo odores ciboꝝ desideratoꝝ ⁊ silia eis de his q̄ dcā sūt. Et si fuerit cā doloris stupefac illū dolorē si nō ē poꝉis abscissio cāe eiꝰ sic curaꝛ colica cū filōio ⁊ silibꝰ ei. ⁊ si venēa fuerit cā da ad sorbēdū albezahar expta ⁊ diamuschū ⁊ medicias dcās i libro ꝺ venenis. Qꝺ si fuerit i cessatiōe ⁊ iā sanaꝛ aliq̄ntulū tūc sit regimē eiꝰ ēt siꝉe regimi ꝑmo cū additiōe cuiꝰ possibilitas sit i hmōi dispōne. Et exēplū eius i q̄ ābe cōicāt ē qm̄ verbigrā oꝫ vt ad sorbēdū deꝛ medicie iuuatiue ꝫ dispōnē ꝺ illis q̄ sciūt ⁊ dcē sūt i ea. ꝺ tremore cordis ⁊ festineꝛ i hoc. Et illꝺ i quo possibilitas ē additōis ē sic si sit illic repletio

oris stō̄i stūdēdū ē vt euomaƭ illud qm̄ sanat ꝛ silr̄ si sit illic replō̄ oꝫ vt fames adhibeaƭ et minoreƭ cibꝰ eiꝰ ꝛ vtaƭ exercitio tolerabili eq̄ li ab hmōi ꝛ fricatio adhibeaƭ oibus mēbris absqꝫ stō̄ ꝛ vesica ꝛ nꝫ cogat ipꝫ sumeƭ cibū nisi vinū ꝑdictū i dispōne sincopis qꝺ neciū est. Et plures qꝺ stultoꝝ medicoꝝ student in cibādo cū existimātes ꝙ sit ei ꝯueniēs vt viuificet virtutē eiꝰ. Ipsi ergo suffocāt calitatē eiꝰ inatā ꝛ iterficiūt ipꝫ. Et isti qꝺ iuuāƭ siru po acetoso ꝛ ꝓpe illo q cogƭ cū aq̄ in q̄ sunt subtiliatio ꝛ icisio sicͭ isopus ꝛ sicͭa. Et si fuerit cā oppilatio in mēbris spūalibꝰ ꝛ q̄ sūt corā eis da ad sorbēdū oxymel ꝛ frica cura eiꝰ ꝛ adiutoria eiꝰ ꝛ labora i hmōi ad ꝓuocādā vrinā eiꝰ ꝛ da ei i potu de vino qꝺ subtile est ꝛ illꝺ si ē illic calitas. Si āt ē ab eūone ꝛ debilitate ad sorbēdū deƭ aq̄ carnis aromatizata ꝛ fiat vt sugat panēꝫ infusū in vino odorifero cui aq̄ ro. sit admista. Et qn̄ꝫ iuuaƭ si sumat i potu lac acetosuꝫ absqꝫ butyro infrātū ꝛ illꝺ si fuerit illic cū eūone calitas ꝛ silr̄ aq̄ acrestre ꝛ melius illo est rob acetositatis citri. Et qn̄ꝫ ponūƭ in ipso folia eiꝰ. Et ad summū illi q cū sincopi hꝫ ꝯturbatiōe ꝛ inflāmationē aut accidit a sudore vehemēti oꝫ vt detur illud qꝺ daƭ infrātū ꝛ si sit etiaꝫ res in q̄ q̄riƭ calefactio. Et ex eis q̄ eis ꝯferūt ē vt in potu sumat aquam carnis fortis decoctiōis cui admista sit decima sui de vino odorifero ꝛ aliqd de vitello oui ꝛ aliqd de succo malorū dulciū aut muzoꝝ aut acetosoꝝ sꝫ ꝙ exigit dispō̄. Si aūt tu fueris cauens in ipō calafactionē nꝫ fueris ausus dare in potu vinū da ei ad potādū lac acetosum infrigidatū in quo sit cōtritus panis de simila ꝛ da ei i cibis spēs acetosoruꝫ factoꝝ cū succis fructuū. Qꝺ si habēs sincopim inuenit frigus cuꝫ ea aut post eā aut quuꝫ in potu sumit infrantia ꝛ ꝓpric in viscéribꝰ dabis ei ad potādū cardamomū ꝛ piper ipꝫ ꝛ absinthiū ꝛ qn̄qꝫ daƭ in potu vinū. Et qn̄ curatio facit necessariuꝫ vt fiat mūdificatio ꝛ times nocumentū eius oꝫ vt tu cōfortes stomachum ꝛ incipe in hoc cū eo quod est sicut sirupus de absinthio decoctus cū melle ꝛ administra empl'a cōfortātia stō̄m ꝑdicta ꝛ ad bibēdū da vinū odoriferū post illꝺ ꝛ ciba cibo laudabili. Facte vero in principio fe. ꝛ cā spatū curā dicemus vbi dicemus curā accidentium fe. Et penitus oꝫ vt frices extremitates eiꝰ ꝛ calefacias ꝛ stringas vt nō submergaƭ virtus ex mā ꝛ ꝓhibeatur a cōextiōe cibi ꝛ vino ꝛ iterdicaƭ sōnꝰ nisi sit ꝙ i ꝑncipio sui nō accidat nisi ꝑ ꝺbilitatē. ꝛ qcūqꝫ coꝝ q sincopi patiūƭ idiget cibo oꝫ vt deƭ an̄ porismū duabꝰ horis aut tribꝰ cibꝰ ꝛ sit cibꝰ sauic ꝺ ordeo infrātū ꝛ pāis cū aliq̄ qꝺ hēat ꝑuā acetositatē ꝛ naribus attrahat odorē bonū. ꝛ si fuerit illic ꝯstrictio vētris sumaƭ priꝰ cibꝰ q lenificat sicͭ sūt thafeathe ꝛ similia eis sirupꝰ ꝺ malis cū oxymelle ē iuuatiuū i hmōi. Qꝺ si neciuꝫ fuerit vti cibis subtiliatiuis sint sicͭ aq̄ carnis ꝛ vitellus oui ꝛ sorbitiōes cū medulla pāis ꝛ i aq̄ carnis qn̄ꝫ necessariū ē vt misceaƭ cū aliq̄ntulo vino. Si āt necessitas illoꝝ fuerit ad hoc vt ꝯforteƭ stō̄s tūc oportebit vt misceāƭ cū eis robub ꝛ succi fructuū odoriferoꝝ i qbꝰ sit stipticitas. sꝫ i hōa porismi neciū ē vinū. Sincopi aūt fcē ab accn̄tibꝰ aialibꝰ succurriƭ ēt cū eo qꝺ an̄ dcm̄ ē ex odoribꝰ bōis ꝛ strictōe nasi ꝛ vomitu ꝛ fricatōe extremitatū ꝛ stō̄i ꝛ cibatiōe eiꝰ cuꝫ aq̄ carnis ꝛ sint i ea tortelle i vino ifrāto aut calefacto sꝫ ꝙ scis. ꝛ si sincopis est ex ꝯtinuatiōe chol'e citrine oꝫ vt sit vinū ꝑmistū. ꝛ silr̄ sincopi ex dolore. ꝛ nos qdē dicemꝰ illud qꝺ ꝓpriū ē colice i capl'o suo. ꝛ pl'ꝫ qdē sincopis q̄ accidit successiōe phl'omie accidit stomachis hn̄tibꝰ venas subtiles ꝛ stō̄ꝫ ꝺbilē aut corpora in qbꝰ ꝺn̄aƭ cholera citrina ꝛ ei q nō ꝯsueuit vti phlobothomia. Et oꝫ vt isti ante phlobothomiaꝫ sumant i potu aliquid de robub confortantibus stomachum ꝛ cor. Et qn̄ cadunt in sincopim fiat illud qꝺ diximus ꝛ sumant i potu vinuꝫ mistuꝫ infratum ꝯfortans stō̄s coꝝ ꝛ ꝯseruans eos ꝛ proprie cuꝫ succo alio. ꝛ oꝫ vt dicamꝰ denuo ꝙ qn̄qꝫ eget curatio in sincopi stipticis vt ꝓhibeant eūones et ꝯfortēt mēbra mollificata addiuuantia ad resoluēdū ꝛ vt stringaƭ os stō̄i an̄ ꝛ nō recipiat illud qꝺ peruenit ad ipsū ꝛ eget virtute penetrante velocis penetratiōis ad nutriēdū spūꝫ sicͭ ē vinū ꝛ ambo sunt ꝓhibētia opationes. Oꝫ ergo vt discernaƭ inter administrationeꝫ vtrarūqꝫ dispōnuꝫ. Admistrēƭ itaqꝫ stiptica i hora sanatōis aut postq̄ꝫ admistraueris aliꝺ icipiēdo ad hoc vt viuifices virtutē cū ipsa iā impssionē i eo fecerit ꝛ fuerit viuificata. ꝛ administra sꝫ i hora necessitatis velocis ad viuificādū virtuteꝫ ꝛ nō permittas stipticū sup illud ꝛ ꝓhibeat penetrationē eius. Et qn̄ꝫ necessitas perducit ad illud qꝺ est fortioris nu-

trimēti q̄z vinū ⁊ ꝓprie quū sincopis est a fame aut resolōne plima. Et qñ fit vt quū vinū purū supuenit corpibꝰ eoꝝ multiplicat in eis ⁊ facit possidere ꝯmistionē itellectꝰ ⁊ spasmū tūc nō ē eis aliqd ita ꝯueniēs vt aq̄ carnis p̄dicta pmista cū vino puro ⁊ succo pomoꝝ aut acetosoꝝ aut dulciū s̄z duas res. ⁊ quū nō ē qđ ꝓhibeat tūc meliꝰ ē vt pōat in ipsa q̄ sūt sicut gariofili ⁊ muschꝰ. Nā stōus est magis recipiēs eā ⁊ virtꝰ stōi cū ea vehemētiꝰ iuuat ⁊ cor magis attrahit ipsā. ⁊ qñqꝫ tibi necriū ē vt dissoluas panē similagineū i eo qđ facis ipz sorbere quū spatiū a cibo lōginquū ē. Et fricatio extrēitatū ⁊ ꝯstrictō earū: ⁊ silr̄ excitatio vomitꝰ ꝯferūt oi sincopi nisi quū ē a sudore ⁊ silibꝰ eiꝰ pp q̄ mouet spūs ad exteriora. Isti. n. sedatiōe magis indigēt ⁊ nō oz vt moueāt aut vomāt aut ligēt. Et ex eis q̄ faciūt eos vomer̄ ē aq̄ tepida cū vnguēto aut cū oleo aut mista cū vino. Et oz vt calefacias stōm ⁊ q̄ sequūt ipz añ fricationē extremitatū etiā vt facilis fiat vomitꝰ. Et scias q̄ fricatio extremitatū ⁊ calefactio eaꝝ ⁊ aromatizatio ipsaꝝ cū vnguētis ⁊ aromatizatio oris stōi cū vnctiōibꝰ boni odoris sic ē oleuz nardinū ⁊ calefaciētia sic sinapis ⁊ piretruz ꝯueniētia sūt valđ ei cuiꝰ sincopizatio est ab euōne sāguis aut hūoris aut replōne imo plibꝰ qbꝰ adest sincopis quū nō ē motꝰ hūoꝝ ad exteriora. Et oz vt ligenꝫ crura eoꝝ ⁊ adiutoria ipsoꝝ vicibꝰ ꝯtinuis ⁊ fricēt ⁊ p̄pa illđ cū eo qđ necriū sit oppositū pti euōnis. Et isti qđ iuuāt ꝯstrictōe ascellaꝝ ⁊ roratiōe aq̄ frē ⁊ fricatiōe oris stōi ⁊ silr̄ ois sincopis q̄ ē ab euōne et cū vio cōmisto nisi aliqd ꝓhibeat ⁊ vio sic apa aut hūor imaturꝰ aut solū vētris aut soda. Et si i aliq̄ magnificat nccitas ꝯfortādi ipz da ei i potu vinū ēt et ñ cures ⁊ illđ qđ i sincopi đbili. et balneū qđ ꝯueniēs ē ei cui accit sincopis ex diaria et colica passiōe. Et si accit sincopis pp fluxū sāguis ē nociuū valđ. Et silr̄ si accidat pp sudorē plz. Et balneū ēt ē ꝯueniēs ei q iuenit ex vomitibꝰ inflāmationē i ore stōi. Si āt ē pp debilitatē oris stōi tūc oz vt admistrēt sup eū empla cōfortatiua sic illđ qđ fit ex mastice et cydonijs et sandalis et croco et lilio cū vino q̄uis valđ ꝯferat fricatio extremitatū et ꝯstrictio eaꝝ et sincopi qdē fcā ex fame qñz sedat pō. z. pāis. Et porismo sincopis siccitatis aut siccitatis nature oz vt succurrat cū bucellis panis i aq̄ granatoꝝ aut sirupo đ malis ⁊ qñz necriū ē i egritudinibus acutis pp sincopi dat in potu vinū ⁊ magis ꝯueniēs ē insipidū. Et patientes qdē sincopiz p̄cipiunt vigilare ⁊ dimittere locutōz.

De casu virtutis subito. C. ix.

Hoc plz ꝯtigit vbi nō ē dolor neqꝫ solo vētris neqꝫ apa magnū neqꝫ euo magna. Et ñ ē qdē nisi pp hūores ꝯcurētes ⁊ raro qdē ꝯtingit vt sint illi hūores sāguinei. sāguis. n. dū ñ facit accidere p̄us aliqđ accñs ⁊ nō succurrit cū extractōe eiꝰ facit accider̄ casū virtutis subito. Illđ aūt qđ sepiꝰ ē: ē vt fit cā hūores grossi i stō aut i vēis oppilātes vias ahelitꝰ. ⁊ scias q̄ casus virtut qñz seqt sincopi ⁊ qñz ē ifra sincopi vbi virtꝰ ñ đstruit nisi a neruis aut lacertis ipsiꝰ existentibꝰ ab ea vacuis q̄re hō fit nō motꝰ neqꝫ remouet a suo situ ⁊ dormitiōe sua nisi cū labore. ⁊ cā illis ē accidēs eiꝰ qđ diximꝰ. Nā quū vehemēs fit facit cader̄ virtutez iteger ⁊ si nō fit vehemēs facit cader̄ virtutē neruoꝝ ⁊ lacertoꝝ. et multotiens qdē fit pp subtilitatē hūoꝝ i suba sua ⁊ qa ipsi recipiūt resolutiōz ꝓprie i febribꝰ. ⁊ istoꝝ qñz opatōes sensibiles sūt ñ lese q̄uis nō sint tolerabiles qñ multiplicāt ⁊ iteratur.

De cura. Capitulum. x.

Cura istoꝝ ꝓprima ē cure patientiū sincopi. Eiꝰ nāz cura q̄ ē ex repletōe sāguinea ē phlomia. i ea vero q̄ ē cā alicuiꝰ alteriꝰ hūoꝝ grossoꝝ oz vt succurrat patienti ipa; i hora cessatōis euōne cū eis q̄ sūt sic hiere. Et qñz sufficit hierapicre cū q̄ ꝯposita sit turbit ⁊ sal idus ⁊ aggaricū ⁊ epithymū ⁊ q̄ sūt silia eis. Et qñz medicas eū cū scamōea. Scamonea nāqꝫ ē ex eis q̄ adiuuāt medicinas alias ⁊ oz qdez vt admistres i ea vomitū post solonē ⁊ assidues receptionē ꝯfortātiū cor ⁊ odoramtū coꝝ. Et fricatio qdez extremitatū ē ex eis q̄ viuificāt calorē inatū s̄z q̄ iterauimꝰ eiꝰ rememoratiōz ⁊ vtat pꝰ illđ exercitio tēpato. Cibꝰ vero sit ille q subtiliat ⁊ icidit sic aq̄ ciceris cū sinapi ⁊ oleū đ oliuis ⁊ oleū amigdalinū ⁊ đ vino qdez vtat subtili ⁊ veteri. ⁊ vtat balneo pꝰ euōnē ⁊ inungat oleis viuificātibꝰ calorē inatū subtiliātibꝰ. Deinde vtat pꝰ balneū vino puro ⁊ sirupo de melle ⁊ sirupo de absinthio ⁊ silibꝰ illis. Nūqꝫ icipit viuificari oz vt p̄pet cibꝰ ꝯfortatiuꝰ velocis digestionis. ⁊ tu qdē scis illđ ex eis q̄ dcā sūt tibi. et scias q̄ virtꝰ augmētat cibo ⁊ vino subtili ꝯuenientibꝰ ⁊ odoribꝰ bōis ⁊ trāquillitate ⁊ gau-

dio ꝛ dimissiõe eoꝝ q̃ ꝯtristãt ꝛ rixari faciũt ꝛ rememememoratõe reꝝ amabiliũ ꝛ habitatõne cũ dilectis.

¶ De regimine ei⁹ i q̊ apparẽt signa aduẽt⁹ a͞patis cali in corde. Ca. xi.

At Postea̋ qdez qñ fit apa tũc iã iterficit. aut iterficiet. añ illd vero qñ appẽt tremor cordis magn⁹ ꝛ iſlãmatõ vehems ꝛ sig̃ p̃dcã tũc ẽ ƀʒ iceptiõʒ pnitiei qꝫ si aliqd inuat ipʒ tc ẽ phl̃omia basilice. ꝛ spaẽ qñʒ ei⁹ euasione cũ phl̃omia arterie ꝛ inferiorib⁹ corpis ꝛ i iſratõe pectoris ei⁹ cũ niue ꝛ cãfora sup apa.

¶ Fen. xij. de mammilla ꝛ dispõnibus eius.

¶ Et est tractatus vnus.

¶ De anatomia mammille. Capitulum. i.

Mammilla ẽ m̃bꝝ creatũ ad gñrãdũ lac vt nutriaẽ cũ eo nouiter nat⁹ i itroitu sue natiuitatis ꝛ vsq̃quo ꝯfirmeẽ ꝛ crescat ei⁹ virt⁹ ꝛ fiat ꝯueniẽs ad digerẽdũ cibũ fortẽ solidũ. ꝛ ipa ẽ cõp⁹ ꝯpositũ ex venis ꝛ arterijs ꝛ neruis iter q̃ existit vacuitas quã caro replet glãdosa cui ñ ẽ sẽsus albi coloris. ꝛ pp suã albedinẽ qñʒ asſimilaẽ ei sãguis albificaẽ illd qd nutrit ipsaʒ ꝛ albificaẽ illd qd supfluit ab ea ꝛ fit lac. ꝛ ei⁹ qdẽ ꝯpatio ad lac gñratũ ex sãguie ẽ ꝯpatio epis ad sãguinem gñratũ ex chilo. In hoc qꝫ vnũqdqʒ ꝯuertit hũiditatẽ ad similitudinez suã i nã ꝛ colore. Nã epar rubificat chilũ albũ ꝛ facit ipʒ sãguinẽ. ꝛ mãmilla albificat sãguinẽ rubeũ ꝛ facit ipʒ lac. ꝛ vene qdẽ ꝛ arterie ꝛ nerui positi i subã mãmille ramificaẽ in ea vsqʒ ad ptes villosas ꝛ hñt i ea reuolutões ꝛ circuitões plimas. Cõitas aũt mãmille cũ matrice in venis inter eas ꝯtextis ẽ res quã tu iam sciuisti in anatomia venarum.

¶ De eruberatione lactis. Capitulum. ij.

Scias qꝫ lac mltiplicaẽ multiplicatiõe sãguinis bõi ꝛ qñ mioraẽ tũc cã ei⁹ ẽ diminutio cãꝝ sanguis aut pẽuria bõitatis ei⁹. Et cã i puitate sanguinis aut ẽ ex pte materiei: aut ex pte ꝯpl̃onis. ꝛ illa q̃ ex causa materiei ẽ qm̃ est cib⁹ paucus aut ẽ ꝯrius generatõis sanguis ab eo pp siccitatẽ suã ꝛ frigiditatez supfluaʒ aut ẽ iaʒ ꝯuersus ad ptẽ aliã. s. flux⁹ sãguis aut apatis aut alioꝝ. ex pte vero ꝯpl̃onis qm̃ ẽ ꝯpl̃o corpis aut mãmille exiccans hũiditatẽ cui⁹ passiõe ñ gñraẽ ex ea sãguis aut pp supfluitatẽ aquositatis ei⁹ elũgationẽ ei⁹ ab eq̃litate ꝯueniẽte sãguinea aut aliud. Sʒ cã q̃ ꝯsumit subãʒ sãguis et corrũpit illd qd generaẽ ex ea q̃re nõ est conueniens vt generẽ ex ea sanguis lactis cũ lac nõ genereẽ nisi ex sanguie bono est dñiũ vni⁹ hũoꝝ trium cholẽ aut phl̃atis aut melẽ. Et declaratio qdẽ cholẽ est in citrinitate coloris lactis ꝛ subtilitate ei⁹ ꝛ acuitate ipsi⁹. et phl̃a declaraẽ in vehementia albedis ei⁹ ꝛ aquositatis ipsi⁹ et declinatõe eius ad acetositatẽ in odore ꝛ sapore suo. Et melia in vehementia spissitudis eius ꝛ paucitate ipsi⁹. Et multitudo fortitudinis ei⁹ ꝛ nõ elõgaẽ qn fit iõ qꝫ sanguis pp vehementiã multitudis sue inobedit opationi nature qa nõ patiẽ ab ea ꝛ accit nature defectus i cõuertendo illũ pp coarctatõez q̃ʒ fecit ipi ꝛ h est ex eis quoꝝ signa nõ sunt deiecta ꝛ qñqʒ accit ex exiccatõe lactis ꝛ spmatis vt egrediaẽ fm filum q̃re fit sanguis q̃uis fit eruberãs nõ laudabilis subẽ neqʒ cõueniẽs ad h vt genereẽ ex eo lac nãle. Et est illd qd generaẽ ex eo de lacte illaudabile ꝛ postq̃ʒ iã sciuisti cãm tunc tu ꝓuidus es i modis abscidendi eã. ꝛ scias qꝫ oẽ qd eruberare facit spma eruberare facit i plibus corporib⁹ lac sicẽ semẽ lactuce ꝛ semẽ papaueris ꝛ vber capre ꝛ ouis ꝛ silia q̃nadmodõ illd qd exiccat sperma ꝛ minoraẽ ipm et ꝓhibet generationem eius minorat lac ẽt sic semẽ canabis. ꝛ cũ cã in paucitate lactis ẽ paucitas cibi multiplica cibũ ꝛ fac delectari in ipso ꝛ fac vt ipse sit ex genere cali ꝛ hũidi laudabilis chimi. ꝛ qñ est cã corruptio cibi rectifica ipm ꝛ reduc eũ ad gen⁹ p̃dictũ. ꝛ qñ ẽ cã multitudo exercitij minora ipm ꝛ fac delectari. ꝛ si cã i ipso ẽ paucitas sãguis pp fluxũ sãguis ꝛ silia retine ipm ꝛ si ipsius fluxus ẽ in iferioribus ad supiora. Qd ꝛ si ẽ ei⁹ fluxus in supiorib⁹ ad inferiora si eius cã ẽ corruptio cõpl̃onis pure pone cibos oppositos illi cõpl̃oni cũ essentia eruberatõis chimi. ꝛ si fuerit cã hũor corrupt⁹ dominãs euacua cũ eo qd oʒ i oi hũore. ꝛ pone cibũ mulieꝝ cholice cõpl̃onis illd qd declinat ad frãtẽ ꝛ hũiditatẽ. ꝛ ex eis q̃ cõferũt eis ẽ aq̃ ordei cũ iuleb ꝛ ẽt seis citroloꝝ pugillus cũ semẽ cucũeris ꝛ acceptio cerebelloꝝ ꝛ potus lactis vaccini ꝛ caprini ꝛ pisces alredradu ꝛ caro hedina ꝛ gallinacea ipiguata ꝛ sorbitões facte ex kisch ordei cũ lacte ꝛ ius maluaꝝ hortulanaꝝ ꝛ pone regim̃ eaꝝ q̃ sit phl̃atice cõpl̃onis ex cibis ꝛ medicis in qb⁹ est calefactio in primo ꝛ ƀo cũ hũectatõe aut pauca exiccatiõe. Et ex hoc qdẽ genere sunt pa-

nis ⁊ baucle ⁊ feniculus ⁊ anetū ⁊ apiū humi dū ⁊ macis ⁊ ꝓprie hūide absqꝫ sicco qm̄ est calefactm̄ ⁊ exiccatiuū.⁊ sorbitiōes.facte ex farina tritici cū fēugreco ⁊ fēiculo.⁊ qn̄ lac egre dit̄filosū pp grossitudinē suā ⁊ siccitatē suā tūc cura ē ēbrocatō cū eo qđ hūectat valde ⁊ acceptō hūectātiū ⁊ sil̄r i spmate ⁊ itēde regim̄ cōpl̄onis ſꝫ medicias ⁊ cibos i qb⁹ ē supflui tas calefactōis ꝓpinq̄ ei qđ dixim⁹ ⁊ hūectatio vltia. Et cognoscas ēt genus mel̄ie dn̄antis ⁊ rege ſꝫ ipsū. Et ex medicis qdeꝫ tēptis faciētib⁹ lac exuberare est vt sumant̄ de selel apū.xxx.ʒ.⁊ đ folijs feniculi.xx.ʒ. ⁊ de fassafa. xv.ʒ.et de tritico fracto.xxv.ʒ et de cicerib⁹ excorticatis et ordeo albo ꝯtrito eq̄liter de vno quoqꝫ.xviij.ʒ.et fic⁹ magne.x. numero et omnia bulliant i.xxx.lib.aq̄ vsquequo redeāt ad viii.lib.et minus. Et sit qđ ide bibit̄.v.ōʒ.cū. ſ.ōʒ.olei amigdalini dulcis ⁊ vncia vna et.ſ. zuccari scilimiu. ¶ Et pisces saliti sūt ex eis q̄ faciūt exuberare lac. Et medicinis faciētibus lac exuberare ē vt sumat̄ farina sisami et dissoluatur in vino puro et coletur et bibatur colatura eius ēt emplastretur ex fece ipsius mā milla et ēt sumatur ex interioribus melongie pōdus medij kaficij et elixes in aq̄ vehementer dōec ēt dissoluat̄.deiñ ꝯmoueat̄ vehemē ter et colet̄ et accipiat̄ de colatura ei⁹ et pōat̄ sup ip̄aꝫ.ōʒ.i.butyri et bibat̄ aut sumat̄ isusio ciceris et bibat̄ i ieiunio dieb⁹ ꝯtinuis.et prope sit ei⁹ isusio i lacte et aq̄ ordei cū melle aut iuleb aut sumāt̄ seminis fassafa ps.i.et cicerelle pres due cui⁹ positio sit kermet vnū cū aq̄ cal̄a aut sumant̄ i potu de pilulis nardinis.ʒ. ij.cū vino. Et ex medicinis qdeꝫ bōis ē vt sumatur butyri vaccini.ōʒ.i.et vini cadus magnus det̄ ad bibēdū in ieiunio et rami papaueris ruffi et folia eius decocta cuꝫ tritura ordei sumpta sorbendo aut sumantur rhaphanus et fursur et bulliant in vino et coletur vinū illđ et bibatur aut sumat̄ semē papaueris assuꝫ cū sauich eq̄libus partibus cū oxy melle aut rob postqꝫ infusa fuerit in quolibꝫ coꝝ trib⁹ diebus. Nā illud ē melius. Et qn̄qꝫ in potu detur nigella cū aq̄ mellis aut sumatur seminis aneti et seis porri et seis andacoche oiuꝫ an̄.ōʒ.i.et semis fenugreci et seis fassafa partes eq̄les misceātur cū succo feniculi et bibāt̄ et si misceāt̄ cuꝫ melle et butyro ē meli⁹.

¶ De minoratione lactis ⁊ prohibitione exuberationis eius superflue. Capitulum.iij.

Lac qn̄ supfluit pl̄ꝫ nocet ⁊ ap̄at ⁊ affert ēt egritudies. Et qn̄qꝫ aggregat̄ lac in mām̄illa absqꝫ ꝑgnatōe ⁊ ꝓp̄e qn̄ retinētur mēstrua. Cōuertit̄.n.mā q̄ nō iuenit virtuteꝫ expellēdi p matricē pp ꝑuitatē ipsi⁹ ⁊ ꝑuēit i vbere ⁊ fit lac. Et qn̄qꝫ aggregat̄ i corporib⁹ viroꝝ ⁊ ꝓp̄e i puberib⁹ ita vt retūdēt̄ mām̄il le ipsoꝝ. Et tu qdē iā sciuisti i his quoꝝ tibi iā p̄terita ē rememoratio cās ꝑuitatis lactis.et illđ qđ i ea plus attēdit̄ ē oē qđ exiccat vehemētia sue siccitatis aut vehemētia resol̄onis sue ⁊ calefactōis. Et oia q̄ isf̄ant ēt ⁊ hūectā tia q̄ sūt vehemētis hūectatōis ēt minorant sanguinē phl̄aticoꝝ. Et oēs medicie minorā tes spma sūt minorātes lac. Ille āt q̄ ex eis sūt f̄re sūt sic̄ semē papaueris ⁊ lētes ⁊ alkafil cū aceto. Et ex eis q̄ liniūt̄ sic̄ succ⁹ arboris psilij ⁊ mucilago ei⁹ q̄ retinēt ⁊ stupefaciūt ē faria fabaꝝ cū oleo ro.⁊ aceto. Cal̄e vero sūt sic̄ ruta ⁊ semē ei⁹ ⁊ ꝓp̄e ruta mōtana ⁊ sicut alfelemenusch ⁊ semē ei⁹. Et dos ei⁹ vltia est vsqꝫ ad.ʒ.ij. Et illđ qđ veri⁹ ē de re albedarū gi ē ꝙ ip̄m minorat lac ꝗuis dicūt qdā ꝙ facit exuberare. Et cyminū ꝓp̄e mōtanū exiccat lac ēt ⁊ ēt vt ex eo fiat epithima cū aceto. Et ex epithimatib⁹ cal̄is ē illđ qđ fit de ammoniaco ⁊ vino. Epithima bonū sumāt̄ radices cauliū ⁊ terāt̄ ⁊ fiāt ex eis empl̄m aut sumat̄ farina lētiū ⁊ fabaꝝ ⁊ croc⁹ ⁊ nux hēdē ⁊ sal ⁊ fiat ex eis epithima cū aq̄ f̄ra ⁊ ēt fiat linimētū cū succo fenugreci aut cū lacca ⁊ lithargirio ⁊ oleo ro.⁊ ex eis q̄ ꝓcedūt cursu ꝓp̄etatis est vt lineatur mām̄illa cū cancro marino contrito aut cum cācro fluuiali adusto.

¶ De caseatione lactis in mām̄illa. Ca.iiij.

Quandoqꝫ lac caseat̄ i mām̄illa pp caliditatē exiccatiuā. Et qn̄ꝫ caseat̄ pp f̄ratē cōgelatiuā. Et tu qdē scis ex eis quoꝝ rememoratio tibi p̄terijt signa cuiusqꝫ harum duaꝝ reꝝ. Medicie āt ꝓhibitiue caseationis sūt linimētū fcm̄ cū cera i qbusdā oleis subtiliatiuis sic̄ oleū alkeiri ⁊ oleū de mēta ⁊ sil̄ia ⁊ epithima cū mēta trita fcā i modū panis. Et epithima cal̄m fcm̄ ex cerato ⁊ ex mucilaginib⁹ f̄ris ⁊ oleis f̄ris ⁊ cera collata ⁊ coriandrū hūidū ⁊ portulaca valde iuuatiua sunt in h̄ empl̄ata. Et ex medicis resoluētib⁹ caseationē calidā ē acetū vini cōquassatū cū oleo ro.⁊ calefactū linitū desup aut folia solatri cō trita qb⁹ fiant empl̄m aut folia alkekēgi ⁊ folia solatri ⁊ folia caulis aut succ⁹ coꝝ ⁊ ꝓprie

qn̄ cū eis miscet̄ myrrha ⁊ croc⁹. Et iteꝝ acetū vini ⁊ oleū viol. ⁊ paꝝ fenugreci sumātur ⁊ fiat ex eis epithima. Et ex medicis resoluētibus caseatōez frām ē assiduatio embrocationis cū aq̄. Et ꝓhibēt ei⁹ saniositatē feniculū ⁊ semē feniculi ⁊ oēs spēs q̄ ꝓuocāt lac q̄ sunt de eis i qb⁹ cogr̄ anetū ⁊ camōilla ⁊ balsamita ⁊ fenugrecū ⁊ abrotanū ⁊ castoreū. Et ex oleis oleū de lilio ⁊ oleū narcisciniū ⁊ oleum de costo. Et ex medicis tēꝑatis bōis ē vt sumat̄ panis de silia ⁊ farina ordei ⁊ eruca ⁊ fenugrecū ⁊ euiscus ⁊ semē lini cōtritū de vino quoqz q̄ntū vna mān⁹ clausa tenet ⁊ fiat ex eis empl̄m. Et ex eis qdē q̄ cōferūt apāᵗiōi post caseatōez ē vt supponat̄ spōgia īfusa aq̄ ⁊ aceto tepidis aut myrrha cū pane aggregētur cū aq̄ ⁊ aceto. Et mēta cū aceto ⁊ pane ē bōa. Et marchasita cōtrita sic puluis cū oleo ro. ⁊ albumie oui. Et ex eis q̄ aperiūt oppilatōez lactis i mām̄illa ē vt liniat̄ cū carati aut ex myrrha cū aq̄ calamēti ⁊ anisi ⁊ ex farina ciceris ⁊ folijs lauri ⁊ semine apij ⁊ cymino nabati ⁊ cardamomo cū aq̄ virge pastoris ⁊ silr̄ aq̄ sicle ⁊ triticū cū nigella ⁊ ēt tus cū felle bouis aut sumat̄ mel storacis calamite et misceat̄ cū oleo viol. ⁊ fricādo inungat̄ ex eo mām̄illa qm̄ resoluūt cū eo caseaceo ⁊ apā ⁊ sorbeat̄ aq̄ cauliū qm̄ ē iuuatiua ad hoc.

De putrefactōe lactis i mām̄illa ⁊ cōgelatōe ⁊ extēsiōe ei⁹ q̄ accit ei ex egritudie. C. v.

Sumat̄ sicla ⁊ decoq̄t tādiu dōec disoluat̄. Deide cōiūgat̄ cū medulla panis ⁊ farina fabaꝝ ⁊ oleo sisamino ⁊ supponat̄ aut emplet̄ cū pane ⁊ herba q̄ noiat̄ herdikicf humida cū cera ⁊ oleo rof. aut cera cū aq̄ ⁊ oleo cū melle ⁊ vino aut rob. iteret̄ empl̄m cū quocūqz fuerit indie bis aut ter ⁊ silr̄ sisamū cuz melle aut butyro. Et si misceat̄ cū eo faria tritici ⁊ furfure aut farina fabaꝝ ē iuuatiuū. Et vaporatio cū aq̄ cal̄a ⁊ inclinatio mām̄ille super vaporē ei⁹ ⁊ ꝓpe qn̄ in ea decoq̄t semē lini et fenugrecū et euiscus et se. cucu. ⁊ camomilla et embrocatio cū ea ē iuuatiua et q̄ nō tolerat grauedinē empl̄i. Qd̄ si accidat cuz h̄ egritudo iuuat̄ cū h̄ empl̄o sumāt̄ mes et interiora passaꝝ et cōterāt̄ et cōficiāt̄ cū aq̄ sidre et aq̄ albetil. Et qn̄ caseatur i mām̄illa sāguis assiduetur ei⁹ iunctio cū oleo viol. deinde sūdatur sup ipsā aq̄ calida deinde emplastretur cū empl̄is ꝓdictis in principio hmōi capl̄i.

De apātibus calidis mammille ⁊ doloribus loci mammillarum. Capitulū. vj.

In principio qdē eoꝝ administret̄ repcussiua cognita in hac cura et misceat̄ cū eis parū de subtiliatiuis. Et illō qdē ē sic vaporatio cū aceto vini cū aq̄ cal̄a aut pauco oleo rof. et farina fabaꝝ cū oxymelle et folia solatri cū oleo rof. Et qn̄ ꝑtrāsiunt initiū parūper curētur cū empl̄is dictis in capl̄o extēsiōis et cōgelatōis san. Et ex eis q̄ sunt bōa vltime est vt sumātur farina fabaꝝ et melilotū ꝯtrita et oleū sisaminū et fiat ex eis epithima cū aq̄ dulci. Et iteꝝ panis cōtritus et farina ordei et fabaꝝ et assa fetida et fenugrecū et euiscus et vitellus oui et crocus et myrrha sumātur et fiat ex eis empl̄m et ēt fiat epithima et semine lini cū aceto. Et multotiens qdē resoluitur sirsen ad apā mām̄illare et est locus vbi timetur pleuresis q̄re ingenia vt aggreges psiliū et pone ip̄m sup caput apōsum nō incircuitu ipsius et pone in circuitu inferioꝝ eius adoq et nō vapores in ꝑicipio doloris et resoluat̄ subtile et remaneat grossum ē error. Et qn̄ dolet caput mām̄ille fiat phlobotomia et embrocetur cū eis que sunt sicut sandali et acatia ita vt nō accidat cancer.

De apostemati bus frigidis phlegmaticis mām̄ille. Capitulum. vii.

Confert eis vt terantur apium et ponatur super ea aut camomilla.

De duritie mām̄ille et nodis et glandulis et qd̄ accidit ei. ex circuitiōe papille maxime apud pubertatem. Capitulum. viij.

Si autē declinat apā apparēs in mām̄illa ad duritiem tunc ex eis que conferūt in principio est vt empl̄etur cuz rixi infuso in vino aut commisto cum cerato facto ex oleo viol. et vitello oui et dragaganto ꝙ si apostema fiat durum liniatur cum cerato facto ex oleo rof. et alkitrā et aqua canforata. Et qn̄z ponitur in ipso fel bouis. Et quandoqz medicatur cum folijs gallarum et oleo. Et ex eis que conferunt est fex decocti veteris. aut fex aceti ex qua liniatur. Nodorum autem et glandularum in ipsa melius medicamen est vt sumantur folia persici humida et folia rute humide et conterantur simul et cum eis fiat emplastrum ꝙ si illud est residuuz a circuitiōe papille pubellaris aut est accidens post illam et inobediens vt medicine resolutionem faciāt in ipso tūc neccīum ē vt ꝑforet̄ tātū donec cōsequat̄ piguedo deide extrahat̄ ⁊ suat̄.

¶De dubellati in mammilla. Capitulū.ix.

Quādo accidit mām̄ille apa faciēs collectionē tūc ex medicis bonis in maturatōe eius est vt sumāt̄ seis lini ⁊ sisami ⁊ radicis lilij ⁊ storacis ⁊ stercoris caprini ⁊ stercoris colūbini ⁊ nitri ⁊ gūmi pini ꝑtes eq̄les ſm ꝙ necessariū facit testimoniū ⁊ fiat inde linimētū cū oleo siragi ⁊ oleo de alkeiri ⁊ medulla cruris vaccini ⁊ si vis pone in ipso rob ꝙ si indiges perforatione fac.

¶De vlceribꝰ ⁊ corrosiōibꝰ i mām̄illa.Ca.x.

Sumat̄ vini pontici pondus.lib.xx.⁊ ponat̄ in ipso de sumac tinctoꝝ .lib.i. ⁊ de gallis immaturis.lib.ſ.⁊ de casia lignea media.lib. de nucibus cupressi.lib.ſ. infundat̄ in vino ⁊ dimittat̄.xx.diebus deinde decoquat̄ cū lignis cupressi ⁊ cōmoueant̄ donec minuatur medietas deinde cōmoueāt̄ fortiter ⁊ collentur ⁊ reducatur ad ignē ⁊ calefiat . Sitqꝫ ille ignis leuis valde ⁊ reseruetur in vitreata ⁊ est bonū oībus vlceribus que accidunt in mēbris mollibꝰ sicut sunt os ⁊ lingua ⁊ alia ⁊ prohibet corrosionē.⁊ ex eis que cōseruant mām̄illā paruā aut coarctatā ⁊ prohibēt eā a casu ⁊ prohibent etiā testiculos pueroꝝ magnificari sunt ista.ſ. vt minoretur introitꝰ balnei.⁊ silr̄ pueri sumant ceruse ⁊ chimolee amborum añ.pondus.ℨ.ij.conficiantur cū aqua seminis hyusquiami albi ⁊ misceantur cum aliquantulo oleo masticino ⁊ fiat ex eis linimentū ⁊ assiduetur super ip̄m pannus lineꝰ infusus aqua gallaꝝ frigidata ⁊ proprie quādo sunt mollificati.⁊ iteꝝ experimentū mulierū liniantur super eos lutū hartū ⁊ mel ꝙ si ponatur in ipsa opiū ⁊ panis cū aceto erit fortius aut sumatur luti harti pondus.ℨ.xx.⁊ hyusquiami pondus.ℨ.ij.⁊ fiat ex eis epithima cū aceto ⁊ sumantur lutū samios ⁊ acatia et cerusa ⁊ liniantur cū succo arboris hyusquiami aut sumantur tus et cochlee marine ⁊ farina ordei ⁊ conficiantur cū forti aceto valde ⁊ liniatur cū eis mām̄illa tribus diebus aut quattuor aut sumantur oua alcubugi ⁊ storax ⁊ chimolea ⁊ liniantur cū aqua psilij aut liniantur cū herba hyusquiami sicut est terat̄ ⁊ coniungatur cū aceto et dimittat̄ tribꝰ diebus.et qñ vult vt leuiet̄ ponat̄ desuper spongia infusa in aqua et aceto aut sumant̄ succi.hypoquistidos et corticū granatoꝝ ⁊ plumbi vsti cū sulfure oium añ.quasi.ℨ.iij. alumis iameni ceruse plūbi lentiū adustaꝝ oium añ.ℨ.i.limaciaꝝ adustaꝝ abrotani oium añ.ℨ.iij.cōficiantur cū aqua plantagis et liniant̄ aut sumant̄ cyminū al.cū cepe lilij et melle et aqua et dimittat̄ sup mām̄illā tribus diebus aut sumat̄ ammoniacū et hyusquiamū et ponantur super eā tribus diebus et hyusquiamum solū.ix.diebus.et ex eis que sine certitudine experimenti dicunt̄ in hoc capitulo est vt lineat̄ cū sanguine testiculi porcini aut sanguine critij aut sanguine testudinis aut sumatur oleū et alumē contritū sicut alcohol et ponāt̄ in mortario de plūbo et moueant̄ tandiu donec in ipso resoluat̄ plumbū et assidue fiat inunctio cū eo et silr̄ lutū aihartū et galle imature aggregēt̄ cū melle et liniant̄ cū eis.

¶Fen.xiij.de meri et stomacho ⁊ dispositionibus amborum.

¶Tractatus.i.de dispōnibus meri et stōi.

¶De anatomia meri et stomachi. Caplm̄.i.

nia sicut est clistere cum decoctione altee: ꝛ iuiube ꝛ sebesten ꝛ radice lilij ꝛ oleo viol. ꝛ succo sicle ꝛ baurac ſm modum quem scis. Et illud quando necessitas tangit ad ipam. Rectum nāq3 est ne in potu detur quod est sicut sorbitio ordei: neq3 ei simile neq3 cibi nisi natura iā lenificata ꝛ si ventris solutio in principio in febre tertiana pura minoris sit malitie q̃3 eius simile in alijs l3 sit eius malitia iterum maxima. Et quando est possibile vt phlobotomes vsq3 ad tres ꝑiodos fac. Similiter quādoq3 times ꝙ sit egritudo furiosa ꝛ facis illud erit illud quod accidit de errore si accidit minus q̃3 aliud. Et oportet vt nō moueas in die paroxismi aliquid nisi propter necessitatem. Et nō cibes nisi apud conditiones predictas aut prouoces vrinā cum emulsione seminum. Et oportet superueniat ei paroxismus dum est famelicus ꝛ nō est in stomacho eius aliquid: immo oportet vt sumat in potu sirupum acetosum omni mane ꝛ post duas horas aquam ordei in die in qua nō est paroxismus. ¶ Et sirupus quidem acetosus post paroxismum est conueniens: ꝛ similiter pōere pedes in aqua frigida ad trahendum residuum caloris. ¶ Et ergo magis diligo vt sit in sirupo acetoso ꝛ proprie in postremis emulsio seminum frigidorum predictorum: ꝛ ante paroxismū per tres horas aut quattuor: ꝛ detur in potu iterum post paroxismu3 aqua ordei. ¶ Et quā do necessaria est subtiliatio regiminis detur in potu sicut aqua granatorū ꝛ aqua melonis indi ꝛ his similia ꝛ gradatī fiat eius regimen ſm modum predictum. ¶ Et quotiens appropinquat status subtiliet. ¶ Et in diebus primis cibetur cum kist ordei ꝛ pane trito cum aqua frigida: aut sicut est: aut emulctum ex eo qui fit ex lacte acetoso ꝛ lentibus. ¶ Et quādo cibus acetat i stomacho nō detur in potu de aqua ordei que non est valde subtilis aliquid. ꝛ si necessarium fuerit dare ipsum in potu confortetur parum cum decoctione radicis apij. Si autē stomachus fuerit frigidior illo ꝛ febris nō magna ꝛ nō pura ponatur parum piperis ſm consilium Hyp. Qd̄ si signa significauerint ꝙ crisis est propinqua: tunc sufficiat ei aqua ordei ꝛ aqua granatorum dulcis ꝛ muzi ꝛ sirupus acetosus. Et fructus quidem qui diliguntur eis sunt granata dulcia ꝛ muzē ꝛ pruna matura ꝛ immatura. melō vero indus est res maximi iuuamenti cū hoc ꝙ ipse soluit ꝛ ꝓuocat ꝛ frangit vehemētiā caloris ꝛ facit sudarē ꝛ fortasse nō nocet nisi parū: ꝛ ex oleribꝰ cucurbita ꝛ cucumer ꝛ alkhebedij ꝛ lactuca. Et scias ꝙ intentio in eo quo cibantur patientes tertianā: aut est humectatio sicut datur eis in fine de extremitatibus alteriugi ꝛ de testiculis galloꝝ ꝛ recebellis hedoꝝ cū quibus nō ē nausea ꝛ vitellis ouoꝝ: aut ē infrigidatio ꝛ humectatio simul sicut in kist ordei. Et nō vltimes infratōe multa ꝛ ꝓprie in principio nisi inuenias inflāmationē vehemētem aut timeas cōuersionē eius ad causonidē ꝛ cōtinuā. ꝙ si cōsequāē crisis ꝛ videris digestionē in vrina ꝛ ē sedimē laudabile qd̄ cognouisti tūc si excusat bene ē ꝛ si nō cura tūc cū eo quo iuuaē nā ex ꝓuocatiōe vrine aut solutiōe vētris aut vomitu aut fluxu sanguinis narium ꝛ nō agas cōtra ipsam in hoc. ¶ Qd̄ si nō inuenis declinationē māifestā tūc euacua cū solutiōe vētris nā de illo est scamonee serta. ʒ. i. in iuleb aut decoctio myrobalanoꝝ cū tamarindis ꝛ tereniabi ꝛ passulis ꝛ radicibus ꝛ casiafistula ſm ꝙ sciuisti ꝛ tibi inest vt cōfortes eas cū fumo terre ꝛ sene ꝛ scamonia ꝛ de illis q̄ cōueniūt eis tm̄ sūt trocisci de spodio solutiui. Descriptio ℞. myrobalanaꝝ citrinoꝝ enucleatoꝝ pōdus. ʒ. iiij. zucari tabarzet pōdus. ʒ. xx. scamōee pōdus serte. ʒ. i. bibaē cū aq̄ frā ꝛ post illud curenē cū euacuatōe. Et si fuerit illic caliditas supflua ꝛ inflāmatio maxima cū iā euacuaueris eū nō erit ei malū dare in potu aliqd̄ de extinguētibus fortibꝰ de illis q̄ dicta sūt in regimine acute ꝛ fortasse ꝯferūt ei empla ex eis. ¶ Balneo vero o3 ne approximet nisi post digōnē. Post digōnē āt ꝛ apd̄ declinationē ē ipm melius eis ꝛ ꝓprie cōsuetis q̃3uis error in intromitēdo eos i balneo ante digōnē saluior ē q̃3 suū silē cū alijs. ¶ Et o3 vt sit balneū eoꝝ tēpatū boni aeris q̄ sit humidus in quo sudēt cū facilitate: ita vt nō inflāmēē eoꝝ corpa ꝛ inūgāē cū oleo viol. ꝛ ros. cōquassato cū aqua ꝛ nō ꝓlōgēt in eo morā: imo egrediāē velociter: nā iteratio est eis cōueniētior q̃3 statōis ꝓlōgatio ꝛ si apd̄ exitū infundāt in aqua tepida stet in ea ſm q̄titatē declinatōis. ¶ Deinde cū egrediūē tūc cōuēit eis vt bibāt vinū albū subtile multa cōmixtiōe ꝑmixtū ꝛ coopiāē in locis suis.

ſudabūt eni ſudore vehemēti. ⁊ ſi qd reſiduū fuerit digeret. Et poſt illud cibētur cibis ifrigidātibus ⁊ humectātibus ⁊ oleribus q̄ ſūt illius modi. Et non timeas poſt doclinationē potare eos vinū plurimū cōmixtū. Vinū eni fractū p cōmixtionē cōfert qūātitati reſidui eius in reſoluēdo illud cuius neceſſaria eſt reſolutio: ⁊ ſuccurrit aque penetrāti cum fortitudine ſua ⁊ pmixtione eius qd eſt i co de calefactione pauca. Quare infrigidat vehemēter ⁊ humectat. ¶ Et ſi fuerit illic accidētia ſitis ⁊ dolor capitis ⁊ vigiliaꝝ ⁊ alioꝝ iā tibi pterijt eoꝝ cura. ¶ Et qn̄ poſt criſim remanet aliqd caloris inſeparabilis tūc tibi ſupeſt vt adminiſtres ſirupū acetoſum cum ſuccis diureticis, aut in quo decocta ſunt ſemina ⁊ radices diuretice. ¶ De cura tertiane cōtinue. Et ſcias ꝙ cura tertiane cōtinue eſt cura tertiane ſed eſt decliuior ad obſeruationē diſpoſitionū digeſtiōis ⁊ ad infrigidādū cū ſirupo acetoſo facto cū ſeminibus vt ſemine citroli ⁊ ſemine endiuie ꝑprie cōtritis. Et poſt ipm poſt duas horas datur i potu aqua ordei ad ſubtiliationem cibi ⁊ ad adminiſtrā ad cliſteria lēia i pricipio ⁊ ad ꝑuocationē: ⁊ oꝫ vt ſubtiliet ⁊ nō ſumāt in potu de ſolutiuis in pricipio neqꝫ approximēt alicui eoꝝ niſi eis q̄ ſunt ſicut ſirupus vio. ⁊ aq̄ fructuū ⁊ nō vtātur niſi cliſteribus lenibus.

¶ De cura tertiane nō pure. Capitulum. xl.

Res i qbus diuerſificatur cura tertiane nō pure ſunt res in qbus cōmunicant febres frigide de licētia ſecūda. ¶ Et fortaſſe cōcedit illud habētibus purā. ſ. vt non expectēt plurimū declinatiōis: ſed qñqꝫ expectāt digeſtionē: qm̄ eſt ꝑhibitū in eis balneū: balneū eni facit deſcendere phlegma indigeſtū pp illud qd effundit ad locū putredinis ⁊ ꝑmiſcent humorē malū cū putrido ⁊ reſoluit ſubtile ⁊ facit remanere ſpiſſuꝫ. ¶ Et ꝙ cibatio oi die iteꝝ: aut ꝑpe cibatio eſt ex eis q̄ illis nocēt: imo oꝫ vt cibētur vnō die ⁊ alio nō. Et ſit in cibis eoꝝ qd abſtergat ⁊ calefaciat paꝝ. ¶ Et vt ſit cibatio in pricipijs egritudinis ſpiſſior q̄ꝫ ſit in principijs pure deinde gradatim ꝑuenit ad ſubtiliationē fortem ſicut ē ſubtiliatio tertiane. ¶ Et vt ſit infrigidatio minor. ¶ Et vt cliſterizet in principio cliſteribus acutioribus. ¶ Et vt expectet digeſtio in ſolutione vētris eoꝝ plus. ¶ Et vt ſint in aque ordei eoꝝ virtutes digeſtiue reſolutiue ſicut eſt illud qd diximus in eo i cuius ſtomacho acetat aqua ordei imo fortiores q̄ꝫ in illo. ¶ Fortaſſe eni neceſſe eſt vt decoquātur in ea iſopus ⁊ origanū ⁊ calamentū ⁊ ſpica ſm cōplexionē: ⁊ ficla iuuatiua eſt eis. Et ꝑmixtio aq̄ ciceris cuꝫ aqua ordei ⁊ in fine eius cicer eſt iuuatiuū eis. ¶ Et oꝫ vt cōſideret ꝑpinquitas nō pure ad puram ⁊ elongatio eius ab ea: ⁊ ſm illud diuerſificet inter curaꝫ eius ⁊ curā pure. ¶ Qd ſi fuerit valde ꝑpinqua pure tūc diuerſifica iter eas diuerſificatione parua. ¶ Et cū videris vrinas eoꝝ groſſas tūc phlobotoma. ¶ Et cuꝫ phlobotomaueris nō idigebis cliſteri. ¶ Et ſcias ꝙ nō eſt res magis iuuans eos ꝙ vomitus poſt cibū. ¶ Et de ſolutiuis in principijs eius q̄ ſunt propinquiora equalitati eſt aqua algeleniabin decocti ⁊ ſirupus acetoſus. Et fortaſſe ponemus in eā caſſiāfiſtula. ⁊ fortius illo eſt vt ponas in ea virtuteꝫ turbit. ¶ Et cliſteria principio ſunt magis dilecta q̄ꝫ ſolutiua alia. ¶ Et ſunt cliſteria i quibus eſt virtus albaſce ⁊ camomille ⁊ ficle ⁊ cartami ⁊ viol. ⁊ ſebeſten ⁊ ficus ⁊ odor turbit. Et ex eis eſt caſſiafi. ⁊ oleum ſi ſaminū ⁊ baurac: ⁊ fortaſſe indiget vno iſtoꝝ ſm elongationē febris a pura. ¶ Adiuuantia aūt ad digeſtionem ſunt ſicut ſirupus acetoſus per mixtus cū aliq̄ꝫto de geleniabin aut ſirupus acetoſus de radicibus. ¶ Et poſt ſeptimū ſicut decoctio abſynthij: eſt eni iuuatiua ſubtiliatiua materiei ⁊ confortatiua ſtomachi: ⁊ ſimiliter aqua feniculi ⁊ aqua apij cū ſirupo acetoſo: ⁊ ſi ptrāſit. xiiij. tunc nō eſt malū dare in potu trociſcos roſ. minores. ¶ Si aūt egritudo ꝑlongat nō inueniemus excuſationē quin demus ea q̄ ſunt trociſci de eupatorio ⁊ decoctionis eius: ⁊ calefactio partiū hypocondrioruꝫ eſt huius gn̄is: ⁊ emplaſtratio mirach eoꝝ iteꝝ cū eis q̄ digerūt ⁊ maturāt ⁊ mollificāt tenſionē cū venerit illic. ¶ Cum ergo ſcieris q̄ꝫ digeſtio iā aduenit tūc euacua ⁊ ꝑuoca ⁊ nō cures. ¶ Et de euacuationibus bonis eis eſt vt ſumatur biere picre. ʒ. v. ſucci lactuce ⁊ eupatorij amboꝝ. an̄. iij. ſeminis apij myrobal. citri kebulorū ana. ʒ. v. turbit. ʒ. vij. fiant pill. ex eis cū aqua apij ⁊ ſit doſis eius. ʒ. ij. Et de illis eſt decoctio bona iuētio nr̄a. ℞. eupatorij abſynthij myrobal. kebuloꝝ ana. ʒ. v. ſeminis melonis ſeminis cucumeris ⁊ citrolis ſeminis apij polypodij

ſuchaba bedeoard oīuȝ ana.ʒ.x.turbit.ʒ.i.caſſiefiſt.ʒ.vi.paſſulaꝝ enucleataꝝ.ʒ.xx.ficuuȝ.x. nūero ſebeſten nūero.xxx.geleniabin facti cū roſis pſicis pōdus.ʒ.xv.decoquāt oia ſꝫ deſcriptionē huius. Et ſumat de ea cadus magnus i q̄ poſita ſit ſiliqua.i.ſcamonee. ¶ Fortaſſe neceſſaria eſt medicina fortis vno mō debilis alio mō. Eius vero fortitudo eſt ſm hoc ꝙ ipſa euacuat humorē viſcoſum ſed ipſius debilitas eſt ſm hoc ꝙ ipſa nō euacuat plīn vice vna:imo poſſibile ē vt fiat gradatio in ea q̄re euacuet humorē cuius euacuatio ē neceſſaria multis vicib⁹ vt nō deſtruat virtutē. Et hec medicina eſt q̄ pōt ſubtiliare ⁊ aggregare ⁊ ſoluat parū eius; ⁊ ſoluat plurimū eius:ſed parū parū ex malo:⁊ plurimū plurimū ex malo. ¶ De delectatiōibus vero parū fortaſſe nō facit aliqd. Et huius quidē medicina eſt vt ſumat turbit quātitas.ʒ.5.⁊ plus ſm neceſſitatē ⁊ ſcamonee ꝓprie altuſugi.i.aut ſupra id ⁊ cōficiat cū geleniabin ꝓdicto ⁊ bibatur:aut ſumat de agarico ⁊ ſcamonea ſm hanc cōpoſitionē ⁊ cōficiatur cū geleniabin predicto ⁊ bibatur:aut ponatur i ſucco roſarum recentium cuius quantitas ſit.oꝫ.i.⁊ bibatur:aut in ſirupo ro.⁊ bibatur.

¶ De febre cauſon ⁊ eſt illa que nominatur farikos. Capitulum.xli.

Cauſon eſt ſm duos modos. Aut enim cauſon eſt cholerica ⁊ eſt cā i ea multitudo putredinis:aut intra venas corporis totius:aut in venis q̄ ſequuntur ptes corporis ꝓprie:aut in venis partiū oris ſtomachi aut i epate. Aut phlegmatica ⁊ q̄ fit ex phlegmate ſalſo putrefacto in venis q̄ ſequūtur ptes cordis ſicut dixit Hypo. in epidimia ⁊ non fit phlegma ſalſum ſicut ſciuiſti niſi ex aquoſitate phlegmatis cum cholera acuta. Eſt ergo cholera que putreſit aquoſitas permixta aquoſitati plurime. Et qm̄ cauſon vehementiora hēt accidentia q̄ȝ tertiana oꝫ vt ſit breuioris ſpacij q̄ȝ ipſa. Et ſenibus qdē parū accidūt febres cauſonidis: ⁊ cū accidūt eis pereunt qm̄ non fiunt in eis niſi cā valde forti. Amplius coꝝ virtutes ſunt debiles. In iuuenibus aūt ⁊ pueris plurimū accidūt: ⁊ eſt in infantibus leuior pp humiditatē coꝝ. Et qm̄ qꝫ eſt in eis cum ꝓfundatione ſomni pp eleuationē vapoꝝ ad caput. ¶ Et Hypo.qdeȝ dixit ꝙ ſi alicui accidit i febre cauſon tremor tūc ꝑmixtio mētis reſoluit ab eo tremorem. Et eſt ſimile vt ſit illud qm̄ cerebrum caleſit valde ⁊ caleſiūt nerui:⁊ ē ſimile vt ſit cauſon ⁊ ſit ꝑmixtio mētis ⁊ reſoluat ab eo ꝑ tremorēȝ pp expulſionē materierū ad neruos. Et plurimū qdē cōſumit cū vomitu ⁊ ſolutione vētris aut ſudore aut fluxu ſanguinis nariū.

¶ De ſignis. Capitulum.xlij.

Signa eius ſunt inſeparabilitas ⁊ occultatio tēpoꝝ. Et vehemētia accidētiū ex aſperitate lingue ⁊ ex citrinitate eius in primis ⁊ ex nigredine eius ſecūdo. Et ex intentione ſudoris niſi apud criſim : ⁊ vehemētia ſitis. Inqt hypo.niſi accidat tuſſis parua accidētalis.ſedat ergo illā ſitim. Et videtur vt ſit vehemētia ſitis coꝝ pp cām pulmonis ergo cū mouet tuſſis parua humectat ꝑ id qđ currit ad ipm ex carne molli. ¶ Et caliditas in cauſone qdē ſm plurimū nō eſt ita fortis in exterioribus ſicut fortitudo eius i interioribus. Et eſt ꝯfractio in ea leuior q̄ȝ in alijs. ¶ Et in facta qdē ex cholera fortia fiunt accidētia mala ex vigilijs ⁊ inquietudie ⁊ aduſtione ⁊ ꝑmixtione mētis ⁊ fluxu ſanguinis nariū ⁊ dolore capitis ⁊ pulſatione tēporū ⁊ ꝓfunditate oculoꝝ ⁊ ſolutiōe vētris cū cholera pura ⁊ caſu appetit⁹. ¶ Et qm̄ accidit in fantibus abhorrēt mamillā ⁊ nō recipiūt eā ⁊ corrūpit illud qđ ſugitur de lacte et acetat.

¶ De cura cauſonidis. Capitulum.xliij.

Eſt cura tertiane pure. Et cū indigent euacuatione ſicut cū illis q̄ dicta ſunt tūc feſtiatio ē melior. Cōplemētū vero ē apđ digeſtionē. Et nō phlobotomet.fortaſſe eniȝ inflāmabit eos et fortaſſe iuuabit eos ſi fuerit illuc turbiditas et rubedo. Deꝫ indigent ſubtiliatiōe et regimine vehemētiore et infrigidatione actu eius qđ ipſi ſumunt. Et cū times caſuȝ virtutis eſt neceſſariū cibare eos quāuis nō appetant et ꝓprie in eo ex quo reſoluit res plurima. Multotiens eni aduenit eis boliſmus pp priuationē ſenſus. ¶ Et indigēt lenificatione in pricipio fortiori et curationibus febris acute ꝓdictis ſꝫ oēs ſpecies narratas. Et qn̄qꝫ cōueniēs eſt vt dormiāt apud teporē paruū febris ſup aquā tamarindoꝝ:et qn̄qꝫ ponit in ea parū canfore. ¶ Et diligitur eis ſirupus acetoſus aut emulſio ſeminis portulace aut emulſio ſeminis endiuie:et melon alkin eſt bonus valde. ¶ Et ſit cōtētus potatiōe aq̄ frigide ſm ꝙ diximus illud. Si aūt nō fuerit qđ ꝓhibeat det in po

tu de ea etiã vſqꝫ ad ſacietatẽ. ¶ Et fortaſſe aduenit eis ꝑmixtio mẽtis et obliuiſcũť petere aquã: quare oꝫ vt ſorbeãt de ea paulatim ſorbitiões plurimas et ꝓprie in eo cuius linguã vides ſiccã ¶ Et cura accidẽtia eius ſuperflua cũ eis q̃ diximus i capitulis ſuis. Et oꝫ vt caueať in eis ſupfluitas ſanguinis nariũ: eſt eni de eis in qbus magnificať timor apud eos. Et oꝫ vt obſerueť anhelitus eoꝛuꝫ et nõ dimittas partes pectoꝛis ſpaſmari. Et oꝫ vt obſerues capita eoꝝ cum aceto et oleo ro. et ſandalis et aq̃ ro. et cãfoꝛa et his ſimilibus. Et embꝛoces cũ decoctiõibus in qbus decocta ſũt ea q̃ diximus. Et qñ foꝛtes ſunt in eis vigilie tũc cura eos. Et nõ eſt malũ vt in potu des ſirupũ de papauere etiã et ſi ſit de nigro i huius diſpoſitiõe. Et in fine eius da in potu trociſcos qui conueniunt eis ſicut ſunt trociſci de canfoꝛa. Et in illa hoꝛa conuenit eis ſirupus acetoſus cũ emulſione ſeminis cucumeris et ſeminis endiuie et ſe. poꝛtulace de vno quoqꝫ eoꝝ ſit pondus. ʒ. ij. ſirupi acetoſi ſit pondus. ʒ. xx v. vſqꝫ ad. xxxv. ſecundum ꝙ videtur. Et ſi fuerit illic vẽtris ſolutio tunc dentur trociſci de ſpodio cõſtrictiui. Trociſci hõi. ℞. ſpodij ro. ana. ʒ. ij. ß. croci ſextam. ʒ. i. ſeminis poꝛtulace ſeminis endiuie ana. ʒ. iij. ſeminis cucurbite ſeminis cucumeris añ. ʒ. ij. ſandaloꝝ. ʒ. i. ß. ſucci ligritie amili ana. ʒ. i. cãfoꝛe ſextã. ʒ. i. ß. et doſis eius ſit. ʒ. i. Et iteꝝ roſ. ʒ. iiij. ſe. melonis citroľ cucumeris et poꝛtulace oium ana. ʒ. ij. croci tertiã. ʒ. i. cãfoꝛe ſextã. ʒ. i. gũmi amili dragãti ſucci ligritie añ. ʒ. i. et doſis eius ſit. ʒ. ij. ¶ Et cũ declinat egritudo manifeſte tunc nõ eſt malum vti balneo cuius aqua declinat ad frigus. Et illi in qbus magis diligiť balneũ ex eis ſunt quoꝛũ febꝛis eſt ex phlegmate ſalſo.

¶ De febꝛe ſanguinis. Capitulum. xliiij.

Opinatus eſt Gal. ꝙ nõ ſit febꝛis ſanguinis a putredie ſanguis. Nã ſãguis cũ putreſit ſit cholera ꝛ nõ ẽ ſãguis: ſit ergo febꝛis cholerica nõ ſanguinea ꝛ ſit cauſon ꝑdicta ꝛ tertiana ꝛ curat eã cũ illa cura. Hic vero ſermo eius ẽ ꝯtrarius ſermoni Hyp. ꝛ cõtrarius ei qδ eſt cõueniẽs. Et plurimuꝫ qdẽ erroꝛis eius ẽ in ſermone eius qñ putreſit ſanguis ſit cholera. Iſte enim ſermo facit opinari duas intẽtiones: quaꝝ vna ẽ ꝙ qñ putreſit ꝑuenit ad hoc vt ſiat poſt putredinẽ cholera. Et ſcδa ꝙ qñ putreſit tũc ſit cholera: ſicut dř ꝙ lignũ qñ caleſit ſit cinis. ¶ Cõſideremus itaqꝫ i vnaq̃qꝫ duaꝝ ꝓpoſitionũ. ¶ Intellectus vero primus eſt coꝛrupte acceptionis tribus modis: quoꝝ ꝑmus ẽ ꝙ ſanguis qñ putreſit cõuertiť ſubtile eius ad cholerã malã ꝛ ſpiſſũ eius ad malitiã: ꝛ nõ ergo cũ totalitate ſua ſit cholera. ¶ Et ſecũd⁹ ẽ ꝙ illud ſit poſt putredinẽ ꝛ nřa cõſideratio ẽ in diſpoſitiõe putredinis. ¶ Et tertius ẽ quoniã poſt illud ſit cholera ꝛ nõ ſcimus an i ea ſit putredo an nõ nã plurie res putreſiũt ꝛ ſeparať ex eis ſubtile ꝛ ſpiſſũ ꝛ nõ ẽ i ſpiſſo neqꝫ i ſubtili putredo: qm̃ nõ ẽ neceſſariũ vt ſit putridũ id qδ generať a putrido: ſit eni ex putredie qδ nõ ẽ putridũ. Et ſi gñatio ei⁹ a putredie faceret putredinẽ ei⁹ neceſſariã: opoꝛtẽt vt ſpiſſũ cinerulẽtũ iterũ cẽt putridũ. Eẽt ergo illic febꝛis melica iteꝝ: hoc ergo ẽ illud qδ facit eſſe neceſſariũ expoſitio eius qδ primũ intellectũ ẽ. Qδ vero itelligiť ſecũdo eſt mẽdaciũ qm̃ putredo ẽ via coꝛruptionis. Et putredo qdẽ nõ habet tẽpus. Et cõuerſio ſãguinis i cholerã nõ ſit niſi i tẽpoꝛe. Et putredo quidem eſt coꝛruptio accidens ſanguini ꝛ ẽ ſanguis ſicut accidit phlegmati ꝛ ẽ phlegma ꝛ non cholera neqꝫ melancholia: niſi cõuertatur poſt illud cum complemento putredinis: verum veritas ſana eſt ſermo Hypo. ꝙ ex ſanguinis putredine generatur febꝛis. ¶ Dicamus ergo nunc ꝙ febꝛis ſanguinis eſt febꝛis putredinis: ꝛ febꝛis calefactionis ꝛ ebulitionis quã nominauit Hypo. ſynochũ concluſum ſine alijs. Et plurimum ebulitiõnis eius eſt ex opilatione ſuffocante caliditatem. Et quandoqꝫ ſit a cauſis alijs que vehementes ſiunt ſupꝛa vehementiam febꝛis ephimere: ꝛ nominatur pꝛofundi ſomni foꝛtis. ¶ Et eſt de ſumma febꝛium que ſunt inter febꝛes putredis ꝛ febꝛes ephimeras que differt a febꝛibus ephimeris pꝛopterea ꝙ calefactum pꝛimum in ea eſt humoꝛ. ¶ Et differt a febꝛibus putredinis quoniam nõ eſt eĩ putredo. ¶ Et eſt febꝛis acuta nõ febꝛis ephimera neqꝫ febꝛis ethica neqꝫ febꝛis putredinis. Et multotiẽs qdẽ ꝑmutať ad febꝛem putredinis aut febꝛẽ ethicã. ꝛ multotiẽs qdeꝫ facit eã currere Gal. curſu febꝛiuꝫ diei. Et vř Gal. ꝙ febꝛis ſanguinis nõ cõponiť cũ reliquis febꝛibus qm̃ putredo i ſanguie ẽ cõis oi hũoꝛi ꝛ in hoc ẽ ꝯtradictio qbuſdã itẽtiõib⁹ ſuis i quo nõ ẽ neceſſe ꝓlõgare ſermonẽ

qm̄ nō iuuat cū eo medicus. ¶ Et cā gdem huius febris est repletio ꝛ opilatio ꝛ multitudo exercitij ꝛ ꝓprie non consueti ꝛ dimissio euacuatiōis: deinde vsus exercitij laboriosi: ꝛ quādoqꝫ facit putredinem in eo multam aquositas sanguinis ex cōmixtione fructuū aquosoꝝ quare cōuertitur ad putredinē. Et multitudo hūoris crudi in eo ē ꝓpinqua q̄re p̄parat ipm̄ ad putredinē sicut qui gn̄at ex cucumere ꝛ alkethed ꝛ piris ꝛ similibus. Et hec quidem febris est continua que non tepescit propter communitatē materiei ꝛ eius adherentiā vsqꝫ ad crisim aut mortē. ¶ Et eius species sunt tres. quaꝝ salutior ē epaugmasticus: qm̄ resolutio in eo est maior q̄ꝫ putrefactio incipiēs cū difficultate ꝛ nō cessat diminui. Deinde est hōtenus ꝛ fortasse similatur. vij. diebus ꝛ nequior coꝝ est augmasticus qm̄ resolutio in eo est minor q̄ꝫ putrefactio. Et ei9 crisis est vsqꝫ ad septimū ſm plurimū. Et eius cōsumptio est cū euacuatione aut sensata aut insensata. ¶ Et qn̄qꝫ ꝑmutatur ad causonidē ꝛ ad sirsen. ¶ Et qn̄qꝫ permutat cū infrigidatiōe pluria ad lethargiā ꝛ qn̄qꝫ ꝑmutat ad variolas ꝛ morbilluꝫ. ꝛ qn̄qꝫ accidit i ea ꝓfūditas sōni ꝛ īflatio vētris ex q̄ ꝓuenit sicut vox tympani ꝛ nō depōit eā vētris solutio cū rarificatiōe: ꝛ qn̄ solutio ventris non valet: deinde egreditur asaf viridis lata proprie est de signis mortis.

¶ De signis. Capitulum. xlv.

Signa febris sanguinee sūt adherētia febris ꝛ rubedo faciei ꝛ oculoꝝ: ꝛ īflatio venaꝝ ꝛ tempoꝝ: ꝛ repletio completa absqꝫ rigore ꝛ non est sudor nisi apud crisim. Et multotiēs associatur ei pruritus in naso ꝛ in loco colli in quo ponuntur ventose: ꝛ cōstrictio in anhelitu. Et multotiens accidit eis profunditas somni: ꝛ difficultas sermonis ꝛ est malum. Et similiter apostema gutturis ꝛ duarum amigdalarum ꝛ vue: ꝛ cursus lachrymarum. Et caliditas eius est plurima propter humiditatem vaporosam ꝛ lachrymalem non exsiccatam sicut in causonide. Et pulsus eius est magnus leuis plenus velox frequens valde diuersus non plurime diuersitatis: ꝛ est minoris diuersitatis ꝛ velocitatis q̄ꝫ in causonide. Et non est caliditas eius in termino causodinis ꝛ tertiane fortis. ¶ Et illius que ex ea est a putredine caliditas ꝛ accidentia sunt vehementiora: ꝛ cura ei9 est difficilior ꝛ magis similis cū causonide. At vero subtilitas sanguinis ꝛ grossitudo cognoscūtur ꝓpter illud qđ egreditur de eo. Et sinocha feruida ē res magis similis i pricipio sui febri ephimerᷓ. veꝝ caliditas eius ē parue mordicationis ꝛ lesionis ꝛ iuenit ex ea īflāmationē ꝛ disniā ꝛ ē plurimū ipressionis eius ꝓpe cor. Putrida vero ē equalis ꝛ similis equali ſm plimū. ¶ Signa autē permutatiōis eius sunt cuiusqꝫ coꝝ ad quod ꝑmutatur vt p̄focationis ꝛ apostematū gutturis ꝛ duaꝝ amigdalaꝝ. Et tu iā sciuisti ea. ꝛ signa variolaꝝ scies ꝛ signa sirsen ꝛ doloris capitis ꝛ permixtionis mentis ꝛ alioꝝ iā sciuisti. Signa vero lōgitudinis eius sicut iam sciuisti sūt ex postpositiōe signoꝝ digestionis ꝛ tornatilitate faciei ꝛ diuersitate dispositiōis eius i spacio suo ex additione ꝛ statione ꝛ diminutōe ita vt sit quasi ipsa sit tepida. Illud eni significat ꝙ sāguis ē plenus humore crudo. ¶ Spaciū vero crisis ei9 significat apparitio signorū digestiōis q̄ si tardat vsqꝫ post tertiū ꝛ quartū non fit crisis in septimo. Et multotiens quidem fit crisis eius in quarto.

¶ De cura febris sanguinis. Capitulū. xlvi.

Intētio i curatiōe febris sāguis ē euacuatio plurimi vsqꝫ ad syncopi ꝛ ingrossatio substātie sāguis si fuerit subtilis valde aquosus ꝛ cholericus. Et infrigidatio eius ꝛ mūdificatio ꝛ subtiliatio ipsius si fuerit grossus ꝛ sumpserit eger prius generatiua sanguinis grossi: ꝛ gn̄atiua hūoris crudi: ꝛ digestio materiei facientis febrē ꝛ eius resolutio. ¶ Euacuatio autem non est aliqua sicut phlobotomia ex manu i quacunqꝫ hora accidat: ꝛ nō expectatur crisis neqꝫ digestio nisi sit repletio nauseatiua. tūc eni caue eā ꝛ remoue ipsā ꝙ si febris ꝑseuerauerit tūc phlobotoma. Et nō cesses phlobotomare dōec eger appropiq̄t syncopi aut cadat ī syncopi si corp9 fuerit forte. Syncopis nāqꝫ infrigidat cōplexionē fortem. Et scias ꝙ phlobotomia ꝛ sumere in potu aquam frigidam quandoqꝫ excusāt ab infrigidatione alia. Et partitio quidem in ea est melior si non fuerit quod necessariam faciat festinationem. nam fortasse erit i ea que est infra appropinquationem syncopis vltimatio. ꝛ fortasse sequetur phlobotomiam vl timam statim fluxus ventris cholericus ꝛ sudor quem oportet omni hora abstergere donec continuetur: fortasse enim saluabitur

cū eo. Et succurrat̄ ei qđ accidit de debilitate ⁊ syncopi cū cibo subtili ⁊ quiete. ¶ Et oz vt p̄mittat̄ lenificatio nature cū illis q̄ sciuntur de illis q̄ sūt sicut duoꝝ granatoꝝ aqua scilicet dulcis ⁊ muzi vsq3 ad terminū ⁊ siracost ⁊ tamarindi ⁊ colpria leuia de q̄bus diximus. Et qñq3 ē necessariū apud digestionē euacuare cū eis q̄ sūt sicut myrobal̄. ⁊ fumus terre ⁊ cassiafistula ⁊ his similia de illis q̄ sciuisti. ¶ Q̄ð si dispositio non tollerat phlobotomiā in manu phlobotomet̄ vena q̄ est in cornu frontis aut ponantur vētose. Si aūt nō p̄parat̄ aliqđ eoꝝ ⁊ hoc pp̄ accidens qđ ꝓhibet tūc fac solutionē ventris ꝭm modū qui est in causonide. Et regimē sit in: eis q̄ aperiūt ⁊ incidūt ⁊ sedant ebulitionē. ¶ Et si acciderit ex phlobotomia syncopis ciba eū pane cū aqua acreste. ¶ Q̄ð si accidat flux⁹ sanguinis nariū p̄ se nō abscindat̄ nisi cū appropiquauerit syncopis. ¶ Sanguinis vero ingrossatio fiat cū eis q̄ sunt sicut rob iuiubarū: ⁊ ē vt decoquātur. c. iuiube cū lib. v. aque donec remaneat tertia ⁊ inspissetur cū zuccaro ⁊ quāto plus minorat̄ zuccaꝝ tāto est melius. Et lentes iteꝝ ꝓprie p̄parate cu3 aceto acetoso forti sūt huius gn̄is. Et caue ne des in potu rob iuiubaꝝ: aut corpus lentiū materia existēte grossa. Eius vero infrigidatio fit cū eis q̄ sunt sicut aqua lētium infrigidata ⁊ aq̄ lactuce infrigidata ⁊ sumere i potu aquā frigidā si nō fuerit qđ ꝓhibeat: ⁊ fortasse sumitur in potu donec tremere faciat ⁊ faciet: forsitan eni sanat eū. ¶ Et qñq3 p̄mutat̄ febris ad phlegmaticaz ⁊ curat̄ cū trocis cis de rosis ⁊ similibus. Et hec q̄dē cura est quorūdā antiquoꝝ ⁊ secuti sunt eā q̄dā modernorū. Dare aūt in potu aquā ordei est curatio cōferēs ei: sed cū lenitate nature. Et melior horaꝝ ad hoc ē hora vehemētis ebulitionis ⁊ angustie ⁊ inflāmationis: ⁊ frequentie pulsus cordis. ¶ Et scias ꝙ esse cōtētus infrigidatione ⁊ dimittere phlobotomiam ⁊ vētris solutionē addit in opilatiōe ⁊ coartatiōe: q̄re additur putredo ⁊ caliditas in reliqua dispositione. Mūdificatio eni fiat cū eis q̄ sunt sicut soluētia cholerā ꝭm respōsionē necessitatis virtutis ⁊ debilitatis cū digerētibus humorē crudū: q̄m fortasse ip̄a est cā in putrefactione sanguinis. Et in fine eius da ei in potu q̄ sunt sicut trocisci de cāfora ⁊ trocisci de spodio ⁊ da ei in potu. Isti etiā trocisci sunt boni. ℞. spodij. ʒ. iij. seminis portulace. ʒ. v. seminis cucumeris. ʒ. iiij. seminis cucurbite. ʒ. vi. gūmi ⁊ dragagāti ⁊ amili oīu3 añ. ʒ. iij. succi ligritie pōdus. ʒ. vij. fiāt ex eis trocisci. Descriptio alia ⁊ ꝓprie apud debilitatē apostematis. ℞. rosaꝝ. ʒ. iij. succi berberis. ʒ. ij. seminis cucumeris ⁊ melonis ⁊ citroli ⁊ portulace ⁊ spodij oīum añ. pond⁹. ʒ. i. gūmi ⁊ dragagāti ⁊ amili oīu3 añ. ʒ. ʃ rauedsceni ⁊ croci ⁊ cāfore oīum añ. pōdus q̄rte. ʒ. i. fiant trocisci. ¶ Cibi vero sint illi qui fiunt ex iuiubis ⁊ illi qui fiunt ex lētibus cū aceto ⁊ granatis ⁊ sumach. Et si sit aliqđ eoꝝ constrictio cuius timeatur frangatur cū siracost ⁊ prunis ⁊ cū eo qđ fit de cucurbita ⁊ cum herba acetosa. Et eius fructus sint pira de sceni ⁊ granata ⁊ mala de sceni. ¶ Et et eius olera sunt cucumeres ⁊ cucurbite ⁊ alkehethed ⁊ endiuia ⁊ olus benedictū ⁊ acetosa ⁊ coriādrū ⁊ que sūt eis similia. ¶ Et si accidat dolor capitis aut pulsus cordis aut vigilie aut ꝓfunditas somni aut fluxus sanguinis nariū sup̄fluus destruēs virtutē ⁊ alia de accidentibus suis cura eum eis que docuimus te in loco suo.

¶ De febre phlegmatica. Capitulum. xlvij.

Sciuisti ꝙ febris putredinis phlegmatis qñq3 est paroxismalis. Et qñq3 est inseparabilis ⁊ sciuisti cām in hoc. ¶ Et sūt ei hore sicut reliq̄s febribus. Et minor horarū sui principij ꝭm plurimū est. xviij. dieru3. ¶ Et ei⁹ eradicatio ī plurib⁹ ē itra. lxiiij. dies. ¶ Et saluior eaꝝ est illa q̄ est mūdoꝝ tēpoꝝ: ⁊ p̄cipue illa q̄ est multi sudoris significat. n. subtilitatē materiei ⁊ paucitatē eius ⁊ raritatē corporis. ¶ Lōgior ergo partiū hui⁹ egritudinis est augmētū quāuis eius declinatio iteꝝ sit longior declinatiōe tertiane vt plurimū. Et phlegma q̄dē putridū qñq3 ē vitreū ⁊ qñq3 est acetosu3: ⁊ qñq3 est dulce: ⁊ qñq3 est salsum. ⁊ tu iā sciuisti quō ex salso fit causon. ¶ Et plurimū q̄de3 accidit febris phlegmatica humidis ⁊ quietis ⁊ senibus ⁊ infantibus ⁊ paciētibus nauseatiuā sacietatē ⁊ exercitātibus ⁊ balneātibus se sup̄ repletione3 ⁊ habētibus eructuationē acetosam ⁊ habētibus repletionē: ⁊ paciētibus descensum humoris ⁊ fit catarrus ad stomachū q̄ putrefit in eo. Et paꝝ q̄dē euacuatur a lesione in ore stomachi. ¶ Et scias ꝙ cū oī febre cum qua est frigus constringitur pulsus ⁊ minoratur.

¶ De signis phlegmatice p̄iodice. Ca. xlviij.

IN illa quidez in qua causa est phlegma vitreum aut acetosum frigus multiplicatur valde ⁊ rigor in vitreo est vehementior. At frigus non incipit in ea subito: imo paulatim in extremitatibus deinde perueniunt ad hoc vt fiant sicut nix que non calefiunt nisi cuz difficultate: neqz calefiunt subito: neqz sm gradationem continuam: imo paulatim cum reditu frigoris ⁊ fortasse cõmiscetur frigori eius in principio rigor. Fit ergo frigus propter illud quod nõ putruit: ⁊ horripilatio propter illud quod iam putruit ⁊ maius frigus eius ⁊ ipsius rigor sunt in periodis status. ¶ Et hec quidem febris non est ex materia que facit punctionez ita vt sit causa rigoris in via expulsionis: putredo náqz eius est putredo rei leuis ⁊ incipit cũ grauitate ⁊ profunditate somni. Et multotiens incipit in paroxismis primis sine frigore ⁊ neqz ẽ rigor: imo post ponitur vsqz ad tempus ⁊ fortasse erit frigus: ⁊ non erit rigor. ¶ Et multotiẽs incipit cum syncopi ⁊ non fit. Et in hac quidem egritudine multiplicatur syncopis propter debilitatez oris stomachi ⁊ casum appetitus ⁊ priuationez alistibre que est fundamẽtum materiei nutrimenti ⁊ virtutis. ¶ Illaz vero que est ex phlegmate salso sequitur horripilatio ⁊ nõ fit vehemẽs frigus ei⁹. ¶ Illã autem que est ex phlegmate dulci raro antecedit in principio vsqz ad plurimos paroxismos horripilatio neqz frig⁹ neqz rigor. ¶ Et plurimum quidẽ periodi febris phlegmatis incipiunt cuz syncopi: ⁊ iam apparet in ea in principijs calor vehementior: ⁊ in postremis minoratur illud. Et est simile vt sit causa in hoc: quoniaz putredo antecedit prius ad magis dulce ⁊ magis salsuz ⁊ magis subtile: deinde ad grossius ⁊ frigidius. ¶ Et tactus caliditatis eius in primis est debilis ⁊ vaporosus: deinde cum prolongatur positio manus super membrum sentit manus acuitatem ⁊ mordicationez. Verũtamen non est similis neqz equali in omnibus super que cadit manus: imo est diuersa quoniam inuenit in loco vno asperitatem: ⁊ in loco alio lenitatem ⁊ est quasi caliditas coletur post rez cribellatam: quoniam phlegma viscosum est: quare diuersificat eius spassio a caliditate sicut accidit in reliquis viscosis cũ ebuliunt: ipsa enim disrumpuntur in quibusdam locis: ⁊ nõ disrumpuntur in locis alijs. ¶ Et qualiscunqz sit caliditas eius sm plurimuz minor est q̃z vt inflammet ⁊ angustiam faciat ⁊ magnificet desiderium aeris frigidi ⁊ aque frigide ⁊ inspissationis ⁊ rarificationis anhelitus magni ⁊ exsufflantis. ¶ Et multotiens quidem accidit caliditati eius vt sedeat tempore quo habet quantitatem hore vnius aut duarum horarum quare existimatur q̃ ipsa iam peruenit ad statuz cum ipsa adhuc sit in augmẽto. videbis enim eam iam incipere augmentari: ⁊ similiter sunt ei in declinatione stationes. ¶ Et febres qdez phlegmatis sunt multe opilationis propter multitudinez humiditatis ⁊ vaporis sui ⁊ pauci sudoris ꝓpter viscositatem humoris. ¶ Et cũ sudare facit est res non exuberans: ⁊ de proprioribus significationibus eius est paucitas sudoris: ⁊ priuatio eius. ¶ Et sitis quidem minoratur in febribus phlegmatis nisi propter causaz salsedinis aut causam vehementie putredinis eius ⁊ cum hoc est minor q̃z sitis que est in alijs. ¶ Et inflatio laterum multiplicatur in eis: ⁊ quandoqz accidit cuti lateris vt subtilietur cum tensione. ¶ Color autem pacientium phlegmatis febrem est declinis ad viriditatem ⁊ citrinitatez currentes in albedinẽ ita vt sit illud quod aggregatum est sicut color plumbi vsqz in statu. Et raro quidem rubet color i eo cuius rubedo sit rubedo in statibus reliquarum febriũ. ¶ Pulsus vero eius est pulsus paruus submersus debilis rarus in primis: deinde fit frequens in fine. Et frequentia quidem eius: ⁊ eius paruitas vehementior est q̃z frequentia quartane ⁊ tertiane ⁊ eius paruitas. ⁊ vehementia frequentie eius est propter vehementiam paruitatis ipsius. Verum non est velocior pulsu quartane: ⁊ quãdoqz est tardior eo aut similis ei in primis. Et est vehementis diuersitatis cum priuatiõe ordinis. Et parui ⁊ debiles ex eis sunt in diuersitate eius plus. ¶ Et significationes quidez pulsus super eam sunt de certioribus significationibus. ¶ Vrina autem eius in primis quidem est alba subtilis propter multitudinem opilationum ⁊ frigoris: deinde fit rubea propter putredinẽ ⁊ conturbatur propter malitiam digestionis: ⁊ quandoqz alteratur i ea dispositio vno tempore ⁊ quando mundificabitur ex materia grossa ⁊ resoluitur putridum ⁊ redibunt opilatiões dealbabit vna hora, ⁊ alia quando remanet

intra materiã grossam ⁊ dispositionez putre dinis. Et aq̃ hora opilationũ ẽ alba: deinde qñ putrefit res pluris post illð expellit ⁊ apit opilatiões rubet vsqȝquo veiat sup opilatio nes qð opilet eas vice alia de illo eodẽ hũo re. Eius vero egestio est lenis subtilis phleg matica. Et de eis que significãt q febris est phlegmatica ẽ vt sit porismus ei⁹.xvij.horis ⁊ dimissio ei⁹.vi.horis. Et nõ ẽ dimissio ei⁹ dimissio mũda: qm̃ mã cũ grossitudine ⁊ vi scositate ẽ multa. Et significãt ipsã etas ⁊ cõ suetudo ⁊ tp̃s ⁊ regio ⁊ cibi ⁊ aduẽt⁹ cãꝝ an tecedẽtiũ ex sacietate nauseatiua. Et signifi cãt ipsã forma p̃dicta ex colore faciei ⁊ infla tione eius ⁊ lenitas tactus ⁊ debilitas oris stomachi ⁊ casus appetitus: ⁊ quandoqȝ ma gnificatur in ea splen. Et sequit eaȝ eructua tio acetosa in pluribus horis multotiens.

De signis phlegmatice inseparabilis ⁊ est illa que nominatur lactica. Capitulum.xlix.

Sunt sicut reliq̃ signa febris phlegma tice p̃ter eradicationẽ ⁊ qð similat era dicatiõi. Et apud iceptionẽ fiũt rigor ⁊ frig⁹ ⁊ horripilatio. Et est res magis silis cũ ethi ca: ⁊ fit illic rigor i.vi.horis aut tm̃ supãs il lũ q fit i piodica nã piodica iteꝝ nõ euacua tur a residuo: verũtñ ẽ occultuȝ nõ apparẽs.

De febribus q̃ sunt ſm plurimuȝ de gñe phlegmaticaꝝ ⁊ sunt qñqȝ ex cholera ⁊ non sunt ex eis q̃ fiunt ex melãcholia approprie tate cuȝ nominibus ⁊ iudicijs. Capitulum.l.

Et sũt febres empialos ⁊ liparia q̃ am be sũt de sũma febriuȝ i qbus diuersifi cãt loca caloris ⁊ frigoris intus ⁊ exteri⁹ pp diuersitatẽ ⁊ locuȝ eius qð putrefit ⁊ qð nõ putrefit. Et sunt tres diuisiões febris appro priate: syncopat hũorosaꝝ febris ex syncopi miuta sbtilis: ⁊ febris diuturna ⁊ nocturna.

De febre in qua occultatur frigus ⁊ appa ret in ea calor ⁊ est empialos. Capitulum.li.

Hec febris fit ex phlegmate vitreo sȝ ẽ cõp̃hẽsũ i occlto ⁊ p̃fũdo qð ifrigidat vbi ẽ. Deꝝ ipsi accidit iã putredo q̃re spargi tur ex eo vapor ei⁹ qð cõputruit ⁊ dispartit ⁊ iflãmat i exteriorib⁹ ⁊ illud qð nõ ẽ putre factũ ifrigidat i iteriorib⁹. Et ei⁹ qdẽ frigus nõ appet i hmõi tp̃e qm̃ ẽ qetũ ⁊ associat ei ⁊ nõ patit ab eo qð occurrit ei. postq̃ȝ ergo i cipit i eo putredo mouet ⁊ ifrigidat infrigida tiõe qdã q̃uis nõ pueiat ad hoc vt cõicet to ti corpori.

De signis. Capitulũ.lii.

Signa eius sũt eadẽ q̃ p̃dicta sũt. Et q ei⁹ vrina ẽ frigida cruda minoris cali tatis q̃ȝ vrina aliarũ sui generis: ⁊ pulsus ei⁹ ẽ rarus tardus ⁊ ipsa ſm plim addit oi die. Deꝝ pp grossitudinẽ materiei sue ꝯuertitur qñqȝ i q̃rtanã ⁊ tertianã qm̃ huiusmõi mã i corpe ẽ pua ⁊ pue putrefactiõis ignea. ⁊ pau citas qdẽ ẽ ex cãis elõgatõis piodi. Et p̃pte rea q porismus nõ redit oi die nõ remanet hec febris cũ sit phlatica: sȝ p̃ptera ẽ phlati ca: q2 putredo ei⁹ ẽ putredo phlatis ⁊ hec nõ extrahit eã ab hoc qn sit phlatica. sȝ ppea q putredo ẽ putredo phlatis nõ p̃ptera q po rism⁹ ñ redeat oi die. Spaciũ vero porismi eius ẽ ex.iiij. horis vsqȝ ad.xxuij. horas. ⁊ ſm plim ꝯsumit ante illud quoniã hec materia non est cum illa multitudine.

De febre i q̃ occultat calor ⁊ apparet in ea frigus ⁊ est liparia. Capitulum.liij.

Hec febris ſm pliȝ ẽ phlatica: ⁊ qñqȝ ẽ cholerica ex cholera grossa valde. Quõ aũt ẽ phlatica: ẽ qm̃ phla itrisecũ qñ iflãmat ⁊ putrefit calefacit illũ locũ qm̃ non resoluit nisi qñ putredo calefacit exteriora corporis cũ sp̃sione vaporis sui calefactiõe plima. Et qñ virtus effũdit ad locũ vbi ẽ lesio tũc eũan tur exteriora a calore: q̃re i frãnt p̃prie quã do in exterioribus sũt phlata cruda vitrea fri gida. Et iterũ quoniã resoluitur multotiẽs ex eo vapor q non putruit: sed eleuatur ⁊ fa cit caliditatẽ ⁊ associatur ei caliditas spacio paruo: deinde separatur ab eo separatiõe va poris aque calefacte. Cũ ergo sepatur ab eo ⁊ fuit in radice ante putredinem vehemen tis frigidatis redit ⁊ infrigidat corp⁹. Mo dus aũt quo fit cholica est qm̃ cholera qñ est pauca ⁊ intrinseca ⁊ putrefit ⁊ calefacit locũ ⁊ non resoluitur ex ea aliquid accidit quod diximus i sua compare ex phlegmate. Et appropriatur hec cholerica taburos nomi ne. Verum liparia est nomen generis ⁊ est longioris spacij q̃ȝ hemitriteus. Et habet aliqs vt dicat qũo erit febris ⁊ non p̃cedet in ea calitas ex corde i totũ corpus. Illud nã q̃ȝ quod narrat ẽ de genere eius i quo nõ p̃ cedit caliditas ex corde in totũ corpus. Rñ sio itaqȝ est q in terminis haꝝ reꝝ attendit vna ꝯditio vt nõ sit quod p̃hibeat sicut dif finimus aquã frigidã ⁊ hũidaȝ qñ disposita ẽ ſm naturã suã ⁊ nõ fuerit qð p̃hibeat. Et diffinim⁹ graue q ẽ illud qð tendit inferius

quando dimissum fuerit cum sua natura: ⁊ in istis omnibus caliditas peruenit ad cor ⁊ procedit in arterias ⁊ spargitur. At vero accidit prohibitio illius in quibusdam locis sicut accidit ei super quem ponūtur prune vel pruine. Nocumentum vero harum necessarium est esse actu.

De febre in qua fit vnaqueqꝫ duarum rerū in vno quoqꝫ duorum locorū. Capitulū.liij.

SI hec febris fuerit nō erit nisi vbi sunt due materie frigide mote ꝑpter putrefactionem: quarum vna est in interioribus: ⁊ altera in exterioribus ⁊ non est aliqua eaꝝ plurimi nocumenti. ¶ Deinde cum incipiūt putrefieri mandat vnaqueqꝫ earum vaporē calidū cōprehēdentē cū partibus suis ⁊ vbi est frigidū. ¶ Et tu qdē iā sciuisti cām i regimine humoris frigidi in dispositiōe motus.

¶ De febre syncopali humorosa. Capl'z.liiij.

HEc fm plurimum est ꝑpter phlegma crudum repletionale qd facit febrē dis perditū plurimū quia iam vincit virtutē. Et fm plurimū adiuuat sup eā debilitas ori stomachi: ⁊ qū mouetur ⁊ incipit in putrefactione virtutē vincit plus ⁊ facit eam hesitantē. Que si dimissa fuerit cū materia nō sufficiat cōtra materiā. ¶ Et qū occupatio fit in euacuatione eius cū facilitate fit inobediēs: aut mouetur motu prefocante virtutē. Et qū occupaꝛ in euacuatiōe eius cū solutiōe vētris: aut phlebotomia cū labore nō tollerat virtus. Quō eni tollerabit cū sit illic cuꝫ sua gete syncopis. Et cū hoc toto ipsi indigent euacuatiōe vehemēter. Et iteꝝ ipsi indigēt cibo vehemēter qm̄ in humoribus eoꝝ nō est qd nutriat corpus ⁊ viuificet ipm̄ ⁊ corpus eius est priuatū nutrimēto. Qd si studueris in cibādo additꝛ materia diminuta ⁊ si nō cibaꝛ cadit virt⁹. Et accidit in inceptiōe sui vt effūdaꝛ ad cor res frigida faciēs accidere syncopim ⁊ minoraꝛ pulsus ⁊ tardaꝛ ⁊ fit rarus. ¶ Amplius natura sollicita ē in calefactiōe materiei ⁊ subtiliatiōe eius. ¶ Et putredo q̄ moueꝛ in q̄sdā partes eius adiuuat sup eā: ergo euadit cor a nocumēto ⁊ frigore eius ⁊ cadit i nocumētū caloris eius q̄re fit pulsus velox ⁊ ꝓprie in cōstrictiōe sua plus q̄ꝫ fit velocitas alioꝝ: quāuis illud qd vincit cū hoc sit paruitas ⁊ tarditas ⁊ raritas. ¶ Et piodus ei⁹ ē piodus phlegmatice ⁊ nō alteraꝛ ab ea. ¶ Est cū ea iflatio faciei: ⁊ mollicies corporis. Et colores habentiū eā nō figunꝛ sup dispositionē vnā: imo quādoqꝫ ē cineera ⁊ plumbea eius materia: ⁊ qūqꝫ fit citrina. ⁊ qūqꝫ fit nigra: ⁊ qūqꝫ fiunt labia eoꝝ sicut labia cōedētis mora. ¶ Oculi vero eoꝝ sūt fusci virides exeuntes valde apud ꝯmotionē egritudinis. ⁊ fit sic māiacus: ⁊ qd ē sub hypocōdrijs eoꝝ ē vehemētis iflatiōis ⁊ similiter viscera eoꝝ. ¶ Et qūqꝫ euomūt acetosū: ⁊ qū est eis apostema in qbusdā visceribus tūc nō speraꝛ omnino. ¶ Et qūqꝫ accidit eis i qbusdā horis ex cholera dominante grossa. ⁊ fit cū ea i visceribus adustio: ⁊ euomunt cholerā: ⁊ sūt ei periodi phlegmatice fm plurimum.

¶ De febre syncopali minuta subtili. Ca. lv.

HEc febris ē acuta ⁊ cadit pulsus ⁊ virtus i porismo vno aut duob⁹ parorismis cū additiōe ⁊ eueniēs i corpore cū velocitate. ¶ Et quandoqꝫ nō sufficit cum ea virtus vsqꝫ ad.iiij. ⁊ fit ex chimis subtilib⁹ pl'm quoꝝ cholicum est vehementis subtilitatis ⁊ profundationis: male substātie venenose cui iam accidit putrefactio in corporibus calide conplonis sicce valde. Et plures parorismi huius febris sunt parorismi tertiane.

¶ De febre diurna ⁊ nocturna ex phlegmaticis. Caditulum.lvi.

DIurna est cuius parorismus accidit in die ⁊ eius repoꝛ in nocte: ⁊ nocturna ē econuerso ⁊ vtreqꝫ sunt male. sed diurna est longior ⁊ deterior. ⁊ facit cadere multotiens propter longitudinem suam ⁊ suum euentum in calore diei in ethicam. Et si ipsa non esset seua nō accideret hora apertionis pororum ⁊ resolutionis vaporis: ⁊ non accidit nisi propter multitudinem materiei ⁊ fortitudinem eius. ¶ Et est necessarium cum hoc vt patientes eam cibentur in nocte ⁊ non permittantur dormire super repletionem stomachi ⁊ precipiantur vigilie: ⁊ est ex eis que faciunt cadere virtutem. Et tollerantia febris in calore diei: ⁊ vigilie in frigore noctis sunt ex eis magis digne que faciūt cadere in ethicam ⁊ ad summū est de genere febrium difficilium.

¶ De cura phlegmatice. Capitulum.lvij.

CUra huius egritudinis diuersificatur fm horas suas. s. pricipiū ⁊ augmētū ⁊ statū ⁊ declinationē. Et fm apitionē digestionis i ea ⁊ eius occultationē ⁊ diuersificaꝛ fm materias suas. s. phlegmaticā acetosā ⁊

phlaticã vitreã ⁊ phlaticam ſalſã ⁊ dulcem.
¶ Et omnes eius ſpecies cõmunicant in ho
ra principij in tribus diebus in neceſſitate le
nificationis equalis aut vomitus. Et in ne-
ceſſitate adminiſtrationis ſubtiliãtium ⁊ inci
dentium ⁊ diureticoꝝ. ¶ Et cum ſuperuene-
rit febri dies tres ſubtiliatur i ea materia ꝓ
pter febrem ⁊ ſi ante illud mouebis nocebis
⁊ non facies aliqd. Et in augumẽto cũ ſubti
liatiõe regiminis ſm equalitatem. ¶ Et for
taſſe ẽ cõtentus aqua ordei in primis tribus
diebus ſperãdo ꝙ ſit ſtatus eius ꝓpinquior
propter ſubtiliationẽ materiei aut paucitatẽ
eius. ¶ Quod ſi certe ſciretur ꝙ ſtatus eius
eſſet tardus nõ ſubtiliaretur regimen quam
uis fames ⁊ ſomnus ſuper famem ⁊ exerci-
tium ſuper famem ſi non debilitant ſint vlti
ma in iuuamento huius egritudinis: immo
declinaretur in principio ad ingroſſationem
vſqꝫ ad ſeptimum. deinde gradaretur: verũ
augmentum eget vt ſubtilietur regimen in ꝑ
mis. ¶ Si aũt ſtatus apparet lõginquus poſ
ſibile eſt vt ſuccurratur illi cum in groſſatio-
ne regiminis: deinde gradetur vſqꝫ ad horã
ſtatus qm̃ tẽpus eſt ſufferens hoc i hac egri-
tudine nõ ſufferens in acuta. ¶ Cũqꝫ pertrã
ſierit ſeptimus nõ ſtes tũc ſup ſubtiliationẽ:
qm̃ illa debilitat ⁊ addit i debilitate oris ſto
machi: ¶ Et quotiẽs ſẽſeris lõgitudinẽ ma
iorẽ ſubtilia minꝰ quãuis ſubtiliatio eiꝰ i ipo
omnino magis ſit neceſſaria qꝫ i quartana.
¶ Et ſimilit oportet ne feſtines cibaꝛ ipſũ cũ
eis q̃ ſũt ſicͤ pulli ⁊ panis cũ muzaguarat ni
ſi timeatur debilitas aut apparet declinatio.
¶ Amplius diuerſificatur cura eiꝰ cuius cã
ẽ phlegma ſalſũ ⁊ dulce: ⁊ cuiꝰ phlegma ẽ vi
treũ ⁊ acetoſũ ⁊ ſit ex ea nimiũ frigꝰ i q̃ cor-
pus nõ caleſit. verũ i duabus ꝑmis neceſſa-
ria ẽ lenificatio cũ medicia leui ⁊ ifrigidatio
q̃dã. ¶ Et i duabus ſecũdis ẽ medicia ma-
gis laborioſa: ⁊ i duabꝰ ꝑmis ĩdiget iſciſiõe
cũ ſubtiliatiuis i qbꝰ ẽ calefactio pꝛima qꝫuis
ſit exſiccatio pꝛima. ¶ Et i duabꝰ ſcðis neceſ
ſariũ ẽ illud quod ſubtiliet cũ iciſiõe ⁊ calefa
ctione cum acredine ⁊ proprie quãdo phleg
ma eſt permixtum cum melancolia. naꝫ ne-
ceſſeria ſunt in huiuſmodi ea que ſunt ſicut
dyaciminũ ⁊ confectio de ſulfure ⁊ admini-
ſtratio ſalſoꝝ. ¶ Et cõuenientiores medicie
que adminiſtranꝛ i principio ſunt geleniabin
vſqꝫ ad diẽ ſeptimũ: ⁊ nõ eſt malũ vt admi-
niſtreꝛ iteruꝫ aqua feniculi ⁊ aqua endiuie ⁊
aqua apij cũ geleniabin ſm neceſſitatẽ. Et ſi
rupus acetoſus eſt vehementis neceſſitatis
iterũ ⁊ aqua mellis cũ iſopo. ⁊ eſt poſſibile
vt conſequaꝛ per eã illud qð queritur de le-
nificatione nature ⁊ ꝓprie cũ ſolutiuo facto
de zucaro roſ. ⁊ roſis rubeis nominatis pſi
cis quoniã eſt ſolutiuũ ⁊ lenificatiuum. ¶ Et
quandoqꝫ neceſſariũ eſt vt confortetꝛ eius le
nificatio ⁊ cõfricetꝛ in aqua iuleb ⁊ ꝑmiſceaꝛ
ſi nõ noluerit cũ caſſiafi. ⁊ penidijs. Et iterũ
geleniabin acceptũ cũ melle ⁊ teneriabin ꝑ-
mixtũ cũ aqua iuleb: ⁊ nõ fiat aſſiduatio ſuꝑ
eã cũ ſolutiuis in principio ⁊ poſt ipſum ⁊ ꝓ
prie qñ cũ materia eſt cholera: illud enim ꝑ-
ducit ad corruptionẽ cõplexionis. Et multi q
dẽ homines dant in potu in principio ſicut
eſt medicina de turbit in omni nocte ⁊ ſicut
pillule de maſtice in hebdomada bis ⁊ ſicut
pillule de ſeminibus diureticis. Deſcriptio
medicine de turbit. ℞. zinziberis ⁊ maſticis
amboꝝ añ. ʒ. x. turbit ſicut alcohol. ʒ. x. zucca
ri tabarzet quãtũ oĩa: detur in potu ei omni
nocte aure. i. ⁊ illud fiat qñ natura eſt nõ le-
nis. Si enim reſpondet omni die bis nõ in-
diget hoc. ¶ Ego vero ñ diligo expectationẽ
digõnis ⁊ lenificationis cũ eis que diximꝰ
prius: immo oportet vt euacuetur ex ea ali-
quid ⁊ expectetur in reliquo vſqnequo dige
ratur ⁊ fiat illud cũ facilitate paulatim abſqꝫ
ſuperfluitate: deinde perueniat ad diuretica.
Et ſimiliter abhorreo qð ẽ ſimile aque pru
noꝝ ⁊ tamarindoꝝ ⁊ ſimiliũ: de illis que de
bilitant ⁊ ſoluunt ſubtile: ⁊ ſi materia fuerit
decliuis ad additionẽ frigoris miſceaꝛ cũ ea
medula cartami. Et ſi fuerit materia ad cho
lerã decliuis miſceatur cuꝫ eo ſirupus violꝛ.
aut viole condite cum ſiracoſt aut viole ſicce
contrite. ¶ Et adiuues cũ cliſteribus lenibus
factis ex melle ⁊ ſale ⁊ aqua ſicle ⁊ oleo ſiſa-
mino. ¶ Et vomitus fiat cũ aqua raphani ⁊
raphano infuſo in ſirupo acetoſo cũ ſemini-
bus ⁊ his ſimilibus. Et ſi neceſſarius eſt vo
mitus plurimus ꝓpter multitudinẽ eius qð
accidit ei de nauſea ⁊ alteratiõe ſaporis oris
adminiſtrentur grana raphani ⁊ bibatur ex
vſqꝫ ad auꝛ. i cũ aqua frigida. Et vomitus q
dem cũ eo qð eſt in eo de debilitate ſtoma-
chi vehementis iuuamẽti valde ⁊ ẽ vltimus
huic egritudini. ¶ Oportet ergo vt expecteꝛ
in eo ſeptimus vt nõ accidat ex eo in princi

pio debilitas apostemās corp⁹ stomcahi. Et
si sit gravis i eo vomitus nō ꝓuoces ipsū su
per ipsū cū labore. ¶ Et si acciderit ei vomi-
tus ꝛ ꝓprie in pricipio periodi nō retineatur
nisi fatiget ꝛ debilitet: tūc eni restringatur si-
cut cū niua ꝛ sirupo de mēta que dicemus
post. Et si accidat dolor capitis administren
tur embroce ex camemilla cū imissione. iiij.
extremoꝝ i aqua calida ꝛ ligatione crurium
cū fortitudine: ꝛ si indigetur aqua ordei ad-
ministretur decocta cū radicibus quātitate
equali: aut misceaꝫ cū ea sirupus acetosus cū
melle si nō acetat i stō aut aqua mellis si ace
tat. Et melior hora i qua daꝫ i potu illud ē si
fuerit i aqua ei⁹ i pricipio rei tinctura: tūc eni
oꝫ vt i potu deꝫ i primis de geleniabin: dein
de deꝫ i potu post ipsū duab⁹ horis aqua or
dei. ¶ Et nō oꝫ vt fiat inunctio cū vnguētis
resolutiuis. ꝛ neqꝫ embrocatio fiat cū embro
cis subtiliatiuis cum egritudo est in princi-
pio ꝛ humor est in corpore ambulans: ipsa
enim mollificant viscera sua calefactione hu
mida ꝛ alienetur aqua frigida. ¶ Et quoti-
ens videris vrinam grossiorem ꝛ rubicun-
diorem non erit malum si phlotomaueris:
ꝛ necessarium quidem est vt redeas tunc ad
sirupos acetosos. ¶ Et scias ꝙ fricatio ē de
curatiōibus iuuantibus eos: ꝛ quāto fuerit
phlā viscosius ꝛ grossi⁹ tāto erit fricatio ma
gis cōferēs. ¶ Et diciꝫ ꝙ fricatio cū tela ara
nee cū oleo ē iuuatiua valđ. Et qñ icipit egri
tudo augmētari ꝛ post illud tūc sit sollicitu-
do de ore stomachi ꝛ qđ ipꝫ cōfortat. Et sint
masticatiōes facte ex mēta ꝛ mestice ꝛ aniso
ꝛ administreꝫ vomitus cū rhaphano ꝓm ꝙ
dixim⁹ cū minoratiōe cibi. Et fit cū gelenia-
bi qđ i potu daꝫ in principio ꝛ post septimū
ꝑmixtū qđ cōfortat os stomachi ꝛ fit in eo
ꝓuocatio plurima sicut anisum ꝛ mastix. Et
fit cū aqua calida ꝛ ꝓprie in principio perio
di: nā ipsū resistit rigori ꝛ frigori ꝛ extinguit
cū hoc sitim quāuis sit estuosa. ¶ Et multo
tiens quidem cōceditur euacuatio phlegma
tis ꝛ humoris crudi in hac hora: sed melius
est vt expectetur in eo complementum dige
stionis. ¶ Et quando egritudo incipit cum
calore ꝛ assiduat iuuatur cum huiusmodi tro
ciscis. ℞. myrobalanorum citrinorum aloes
succi eupatorij succi absinthij omnium. añ.
ʒ.v. croci et masticis amborum añ. ʒ.vi. in-
formentur trocisci et sumaꝫ ex eis omni die

pōdus. ʒ.i. et omni nocte pōdus. ʒ.ʃ. ¶ Et cū
videris ꝙ digestio apparet adiuua eā cū eis
q̄ sunt sicut folia apij ꝛ feniculi ꝛ radices sq-
nanti ꝛ capillusueneris. Si autē scias ꝙ ma
teria est frigida valde nō est malū vti pipere
pauco ꝛ vti vino pauco subtili nō plurimo.
¶ Et qñqꝫ adiuuant vnguenta resoluentia
ad digōnē ꝛ resolutionē cū virtute forti ꝛ sūt
cōuenientiora in hac egritudine q̄ꝫ in reliqs
febribus. Et oportet vt ꝯsidereꝫ i hoc virtus
ꝛ febris ꝛ rigor. Qđ si virtus fuerit fortis ꝛ
febris nō fuerit seua valde adde in ea in vn
ctionibus cōfricando. ꝛ si nō administrenꝫ
olea subtilia que ad equalitatē sunt decliuia.
¶ Et qñ ptransit. xiiij. tunc necessariū est ad
ministrare qđ subtiliat plus sicut feniculum
ꝛ apiū ꝛ fortasse indigemus semine amboꝝ
ꝛ aniso ꝛ eo qđ est sicut sirupus acetosus cū
seminibus in quo ponunꝫ isopus ꝛ albasce
ꝛ administratōne trociscoꝝ de rosis ꝛ fortas
se est necessariū addere in eis pp stōm tus ꝛ
masticē ꝛ ciperū ꝛ absynthiū ꝛ his silia ꝓm
qđ exigit illud qđ pñs est. ¶ Et vinū subtile
confert eis in hac hora cū subtiliatione sua: ꝛ
qꝛ cōfortat calorē innatū: ꝛ qꝛ ꝓuocat ꝛ su-
dare facit. ꝛ cū videris digōnē ꝛ fortitudinē
dabis ei i potu post illud trociscos de absyn
thio. Et cū videris frigus in pricipio paroxis
morū nocere ꝛ egritudo nō est in principio
da in potu aquā calidā in qua decocta sunt
ea q̄ sunt sic̄ semē apij ꝛ anisū ꝛ ozimū ꝛ ad
ministrabis iteꝝ hmōi ꝛ fortiora eis q̄ sunt
embrocando ꝛ vaporando ꝛ hmōi. ꝛ qñqꝫ
daꝫ in potu ad rigorē vehemētē. Decoctio
ꝓm hūc modū. ℞. zinziberis origāi ameos
oium añ. ʒ.iij coriādri. ʒ.iiij. rosaꝝ calameti
amboꝝ añ. ʒ.iij. passulaꝝ. ʒ.vij. decoquāꝫ ꝓm
descriptionē vel ꝓm medictatē ꝛ sit dosis.
ʒ.iij. ¶ Et cū videris phlā dabis potu tyria
cā ꝛ deꝫ iteꝝ i potu trocisci de rosis magni
cū aq̄ feniculi ꝛ deꝫ ei omni nocte medicina
de turbit ꝛ pillule de aloe facte cū spēbus q̄
sunt sic̄ pip. Et ad illud decoctio hmōi. ℞.
hiere. ʒ.vij. turbit. ʒ.x. myrobolanoꝝ nigrorū
. ʒ.v. eupatorij. ʒ.v. salis indi. ʒ.iij. bedeorad su
chaba oium añ. ʒ.iiij. anisi. ʒ.iij. decoquāꝫ cū
aq̄ apij. ꝛ sumāꝫ de ea in potu ꝓm q̄ꝫtitatem
necessitatis. ¶ Et fortius illo ē illud qđ. ℞.
dauꝝ radicū ꝛ radicis lilij oium añ. ʒ.x. hieꝫ
. ʒ.viij. succi eupatorij. ʒ.v. se. apij ꝛ fēiculi oiuꝫ
añ. ʒ.iiij. spice mēte āborū añ. ʒ.vij. fiāt ex eis

trocisci ⁊ administrēt. Decoctio bōa. ℞. dua
rū radicū ambaꝝ aā. ʒ. x. passulaꝝ enucleata
rū. ʒ. vij. anisi ⁊ masticis amboꝝ aā. ʒ. iij. be-
deorad ⁊ suchaba eupatorij. oiuꝫ aā. ʒ. iiij. de
coquāt in libris tribus aq̄ vsquequo redeat
ad lib. i. aq̄ ⁊ sumāt in potu aliquot dieb⁹ in
ieiunio. ¶ Trocisci boni apud chronicas fe-
Sedimen diuersũ in substantia ⁊ coloꝛe qđ significat humoꝝ diuersoꝝ multitudinem est malum ⁊ deterius eo est illud qđ est minoꝝ ptiũ significãt enim ꝙ natura nõ põt expellere nisi postq̃ȝ minorãť ptes. ¶Et leue quidem multotiens est magis significatiuũ bonitatis q̃ȝ album. Et multotiens viuit ille cuius sedimẽ est decliue ad rubedinẽ sed est leue. ¶Et moritur ille cuius sedimen ad albedinem declinat sed est diuersum aspectum. Substantie enim bonitas vehemẽtius est facilis ad suscipiendam expulsionem q̃ȝ bonitas coloris. Et significat iterum ꝙ humores nõ patiuntur ab egritudine plurimũ, sicut sedimẽ bonũ qñ minorant eius ptes significat ꝙ natura opata est iã in eo valde et egritudo nõ egit i eo. ¶Sedimẽ spumosũ et spuma plenũ cuius albedo ẽ ꝑꝑ cõmistionẽ aeris cũ eo ẽ malũ valde egrediẽs a natura ⁊ crudũ ẽ malũ. Et ille cuius supioꝛa sũt rotũda ⁊ moueť melius ẽ q̃ȝ sedimẽ cui⁹ superioꝛ supficies ẽ cõgelata ⁊ magis significat uũ ꝙ egritudo est velocis status ⁊ acuta. Et sedimẽ ꝙ nõ antecedit tenuitas ⁊ paucitas supfluitatis imo ẽ iuẽtũ i pricipio significat ꝙ hũoꝛ est plurimus nõ ꝙ sit digestus imo oȝ vt rubeat sedimẽ post aduẽtũ digestionis ⁊ postq̃ȝ fuerit vrina subtil̃ i primis ⁊ postq̃ȝ fuerit hypostasis pauca. Et dũ nõ ẽ ita significat ꝙ materia grauis grossa est multa ⁊ ꝙ egritudo iterficit ⁊ simil̃r vehemẽtia ticture absq̃ȝ sedimine pauco. Et dũ nõ ẽ ita nõ significat bonũ ⁊ qñq̃ȝ significat bonuȝ ⁊ maturitatẽ. ¶Et qñq̃ȝ accidit illud ꝑꝑ doloreȝ ⁊ ꝑꝑ vehemẽtiã caliditatis ⁊ famẽ: tinctura eni vrine ieiuni addiť ⁊ minorať ei⁹ sedimẽ. Et sedimẽ rubeũ significat multitudinẽ sanguinis ⁊ tarditatẽ digestiõis ⁊ associãť eis i febribus incẽsiuis iteꝝ angustia ⁊ tristitia et si ꝓlõgať vsq̃ȝ ad q̃draginta ꝓlõgať egritudo ⁊ fortasse nõ sperať crisis vsq̃ȝ ad quadragesimũ. ¶Iteꝝ sedimẽ rubeũ pẽdẽs in quo est declinatio ad supioꝛa quũ est in vrina tenui significat in egritudinib⁹ acutis pmistionẽ rõis si ãt pseuerat timeť pditio. ¶Si ãt vrine substãtia icipiat ꝓuẽire ad grossitudinẽ ⁊ icipit pẽdẽs subsidere ⁊ albificať significat salutẽ. Sedimẽ qđ ẽ fꝫ formã frusti carnis i febribus acutis sine significatiõibus digestionis significat ꝙ est ex rasura mẽbꝛoꝝ ⁊ nõ est ex renibus ⁊ qñ est illic digestio aut nõ est febris significat illud qđ scis de dispositiõe renũ. ¶Et ille qđ ẽ simile squamis piscis ⁊ nõ est signũ digestiõis ⁊ febꝛis est acuta ẽ ex rasura febris quã facit i neruis ⁊ ossibus ⁊ venis ⁊ i aliis fit ex vesica. ¶Et furfureũ q̃dẽ significauit simile illius ⁊ ꝙ febris icipit radere ex ꝓfundo ⁊ distiguit iter ipꝫ et iter illud de vesica qm̃ illud de vesica ẽ cũ signis lesiõis vesice ⁊ cũ digõe ⁊ grossitudie.

¶De signis sũptis ex dispõnib⁹ aggregatis ꝑꝑ significatiões diuersas coloris ⁊ substantie q̃ȝ pria ẽ in vrinis oleagineis. Ca.lxxxix.

Oleagina ẽ illa cuius coloꝛ ⁊ substantia similať colori olei ⁊ eius substantie ⁊ lꝫ

fit mala tñ qñ alie significatiões significant salutē nō ē cū ea malū. ¶ Sedimē vero quū est oleaginū est malū valde ꝛ oino oleaginū purū ē malū ꝛ ē illud qȝ facit te videre colorem olei cuȝ citrinitate ꝛ viriditate. ¶ Et qñ oleaginuȝ ē accidēs post vrinā nigrā tūc ē significatio bōa ſm ꝙ testificat̃ de ea Ruffus sapiēs. ¶ Et deterius oleaginū ē illud qȝ ē in pricipio egritudinis. Et qñ significatiões significāt malitiā ꝛ mingit̃ vrina oleagina i q̃rto indicat mortē infirmi i sexto. ¶ Et vrina q̃ alteratur subito ex signis laudabilibus ad signa vituperabilia significat in egritudinibus acutis mortē qm̃ significat casum virtutis subito pp prauitatē accidētiuȝ. ¶ Vrina oleaginea qñqȝ significat pmissionē ratiōis qm̃ facta ē ex exiccatiōe. ¶ Vrina in q̃ sunt frusta sanguinis congelati in febre acuta qñ cū ea ē siccitas lingue ē signū malū si āt fuerit nigra cū hoc tūc illud ē deterius. ¶ Et nō currit sanguis in vrina in febre acuta nisi pp vehementiaȝ acuitatis eius ꝛ ppea ꝙ disrūpit vasa ꝛ vias eius. ¶ Et eius cōgelatio ē pp vehemētiā caliditatis ipius. ¶ Vrina alba tenuis i qua ē spuma ꝛ nubes citrina significat timorē vehementē pp illud qȝ ipsa significat de exacerbatiōe ꝛ vehemētia acuitatis materiei. ¶ Et nos qdē iam locuti fuimus de vrina tenui nigra illud in quo ē sufficiētia. ¶ Vrina tenuis flaua in pricipio febriū acutaꝝ qñ conuertit̃ ad grossitiē ꝛ ad albedinē deīde remanet feculēta turbida sicut vrina asini ꝛ incipit exire in volūtarie et sūt illic vigilie ꝛ ingetudo significat spasmū vtriusqȝ lateris cui succedit mors qñ nō fuerint signa bōa vincētia illa. ¶ Vrina.n.q̃ ē cū flauo colore nō subtiliat̃ nisi pp dñiuȝ humoris cholerici calidi ꝛ nō igrossat̃ ꝛ ispissat̃ nisi pp exacerbationem egritudinis ꝛ cōmotionē in dispositiōib⁹ materiei. ¶ Et dixerūt de vrina pauca q̃ ē cū colore sanguinis ꝙ ē mala ꝑcipue qñ cū ifirmo ē passio venēosa.

¶ De signis malis sumptis ex parte qualitatis separationis vrine. Capitulum.xc.

Quando febrē acutam patiens nō pōt mingere nisi paruȝ ꝛ cū dolore absqȝ vulnere aut apāte in instrumētis vrine ꝛ cū frequētia pulsus ꝛ debilitate est signū malū. ¶ Quū retinet̃ vria i febre ꝯtinua ꝛ ē vehementia doloris capitis ꝛ multitudo sudoris significat cuȝegi. Vrina q̃ guttatim stillat̃ i febre ꝯtinua ꝛ cū vehemētia doloris capitis ꝛ multitudie sudoris significat cuȝegi. Et vrina q̃ guttati stillat̃ in febre qeta significat fluxū sāguinis nariū. ¶ Qȝ si febris fuerit acuta icēsiua significat dispositionē malā aduenietē cerebro. Et si fuerit qeta significat multitudinē replōnis ꝛ debilitatē nature i expellēdo. Et cā vrine egrediētis i febrib⁹ acutis i volūtarie ē debilitas virtutis aut nocumētū i cerebo ꝛ non fit illud nisi propter ascensionem materie acute calefacte ad cerebrū quare communicant ei membra lacertosa.

¶ De nūeratiōe signoꝝ maloꝝ i vria. C.xci.

Aquosa ꝛ ꝓcedēs ꝛ fetida ꝛ nigra ꝛ grossa ē mala. ¶ Et illa i q̃ ꝓcedit ex iferiori pte ei⁹ vsqȝ ad ipsi⁹ supiorē sic sum⁹ ē mortalis ꝓpinq̃. ¶ Et iteꝝ piguis cui⁹ colore ē color aq̃ carnis cū fetore domināte ē mortalis.

¶ De signis in egrotis mala generꝝ diuersorū quoꝝ malitia ē ꝓpter agregationē eoꝝ in febricitantibus ꝛ alijs. Capitulum.xcij.

Quādo aggregāt̃ vomitus ꝛ pūctura ꝛ pmistio ratiōis tūc illud ē signū mortale. ¶ Qñ diuersificat̃ alteratio corporis in tactu ꝛ i colore ꝛ i eo qȝ euomit̃ ꝛ i eo qȝ euacuat̃ significat ꝙ natura ē ambigua cū hūoribus diuersis ꝛ egritudinibus diuersis cui ē necessarium resistere eis oibus ꝛ ē ꝓculdubio de illis que deficiunt ei. ¶ Qñ aggregāt̃ i febre iseparabili frigus ei⁹ qȝ apparet ꝛ adustio iterioꝝ ꝛ vehemētia sitis cū hoc tūc illud est mortale. ¶ Qñ aggrgat̃ cū pcussione dentiū pmistio i ratione tūc eger approximat pditioni. ¶ Qñ accidūt infirmo subito fluxus ventris niger cū adustione ꝛ mordicatione ꝛ dolore adurente in ventre eius ꝛ pulsus cordis sincopis est signum mortis. ¶ Quando sudāt duo cornua frontis sudore frigido ꝛ citrinantur vngues ꝛ virides fiunt ꝛ alterant̃ ꝛ apātur lingua ꝛ apparet sup ipsam ꝛ super corpus pustula extranea tunc mors est ꝓxima. Et si fuerit in ptibus hypocondrioꝝ percussio ꝛ saltus cū febre: deinde cū hoc oculus mouet̃ motu malo tunc oȝ vt expectet̃ malia dispositionis qm̃ hec dispositio significat vētositateȝ inflatiuā ꝛ percussionē q̃ fit pp apā vehemens ꝛ pp vehemtntiā ꝯstrictionis vene magne. ¶ Et pulsus vehementis pcussionis continuus magnus valde associatur manie ꝛ oȝ vt consideretur. fortasse enim percussio ꝛ saltus nō sūt submerse ad viscera imo i

eo qꝺ apparet de mirac ⁊ illud nō ē nociuū qñ ē cū eo apa nisi supfluat valde i magnitudie. Et si ꝑseuerat hec dispō viginti diebus ⁊ non sedāť apa ⁊ febris significat ꝙ aperieť ⁊ tunc fortasse saluabiť ifirmus ⁊ illud erit ꝑ vrinā exuberantē aut ꝑ mutationē materiei ad extremitates ⁊ ꝓprie ad pedes. ¶ Illi qui debilitāť ex egritudinibꝰ qñ accidūt eis anhelitus frequēs ⁊ sincopis tūc iaȝ appropiquāt morti ⁊ nō addūt sup q̄ttuor horas. Quū hō hȝ febrem icēsiuā ⁊ iuenit alleuiationē ⁊ qetē caliťatis subito absq̄ȝ crisi māifesta cū euōne aut ꝑmutatiōe ⁊ sine extictiōe vltia ⁊ sine ꝑmutatiōe de aere ad aerē i regiōe vna aut i duabꝰ regionibus ⁊ qescit qꝺ ē i pulsu de velocitate ⁊ iueniť sicut trāquillitas tūc indica ꝙ moritur velociter. Quū hōi inest febris ⁊ pulsat cor eius subito ⁊ iuadit eq̄ singultus ⁊ stringiť vēter eiꝰ sine cā cognita moriť. Quū ꝗ egritudinē hȝ acutā mingit vrinā albā subtilē deide igrossať postea ebullit ⁊ albescit ⁊ remanet ebulliēs ita ⁊ q̄si vrina asini ⁊ mingiť in volūtarie ⁊ sūt vigilie ⁊ ingetudo significat tetanū apparētē in vtriusq̄ȝ lateribꝰ deinde morietur. Diciť quū vrina fuerit similis muri postq̄ȝ fuit alba ante illud ⁊ super ipsā fuerit sicut spuma deinde cucurrerit ex naribus sāguis niger tūc illud ē res mala. Et de signis malis q̄ qdā medicoꝝ dixerūt ⁊ nō tēdit raciocinatio ad ea nisi cū grauitate sūt ꝙ diciť qñ apparet i hoie sup venā q̄ ē in collo eiꝰ pustula siſis grano cucurbite cū variolis albis ꝑlimis ⁊ accidit ei desideriū reꝝ calidarū. ¶ Et diciť qñ aparet i hoie in tēꝑe sinistro pustala dura rubea ⁊ accidit hn̄ti eā hoc pruritus vehemēs in oculis eius moriť i die decimo ⁊ habēs hunc dolorē desiderat si famos. ¶ Et diciť quecūq̄ȝ egritudo vehemēs accidit subito deinde sequiť illam vomitus aut fluxus ventris ⁊ significatio mortis. Dť ꝙ quando accidunt febrienti ⁊ alij apata ⁊ vlcera leuia deinde destruitur rō eius moriť. Dicitur ꝙ qñ inest hōi molities i facie i corpore eius ⁊ nō est dolor ⁊ accidit ei in principio illius pruritus in naso suo moritur in ꝺo ⁊ tertio. Et dť ꝙ qñ iest hōi super genu eius siľe vue rotūde ⁊ illꝺ ē nigꝝ ⁊ i circuitu eius rubeum moritur cito vsq̄ȝ quo expectentur quinq̄ginta dies. ¶ Et signum mortis eius est ꝙ sudore frigido.

¶ De signis lōgitudis egritudis. Capi. xciij.

Scias ꝙ lōgitudo egritudinis fit ꝓpter grossitudinē in visceribus aut ꝓpter ꝑmistionē in regimine ⁊ scđm omnē dispositionē debilitať in ea stomachus qm̄ tāgit ipsum tarditas ⁊ digestio eq̄lis significat eam aut tarditas sediminis pēdētis aut assiduatio sediminis rubei iterū. Paruitas .n. apparitionis sediminis significat lōgitudineȝ egritudinis. ¶ Et siľr qñ est cū acuitate egritudinis pulsus magnus ⁊ facies eiꝰ pinguis ⁊ hypocōdria inflata q̄ nō detumescūt significat paucitatē resolutōis ⁊ lōgitudinē egritudinis. ¶ Quū adueniūt signa crisis ante digestionē ⁊ nō cadit virtus ⁊ nō apparent signa mortis tūc egritudo ꝓlōgať. ¶ Et scias ꝙ terribilitas crisis qñ nō iuuat ⁊ nō nocet ⁊ dispositiōes remanēt scđm modū suū tūc egritudo est lōga. ¶ Et multitudo saltus in egritudine significat lōgitudinē eius ⁊ ꝓprie cū vehemēs fit a principio rei. In fine vero eius est rectius. ¶ Et qñ associať euocationibus paucis q̄ significat ꝙ nāā mouit māȝ ⁊ deficit in expulsiōe eius integra siue sit sudor aut fluxus sāguinis nariū aut alia signa bona aut ꝑuatio signorū malorū significat lōgitudinē. ¶ Et qñ remanet sedimen rubeū vsq̄ȝ ad q̄draginta dies indicat lōgitudinē febris ita vt nō speręť crisis ⁊ sepatio vsq̄ȝ ad sexaginta. ¶ Pollutio in ꝑncipio egritudinis significat lōgitudinē. ¶ Cū vides signa lōgitudinis egritudinis in diebus an̄cedētibus tūc nō ē significatio eorū sic̄ significatio ipsorū post illud. ¶ Et quū videris illud qꝺ ē cōtrariū illis signis magis verificari forsitā apparere in medijs diebus ⁊ in posterioribus eius tunc cōsidera iudicium indicatōis vt scias ipsa in quo die erit ⁊ ille dies quo die indicať ⁊ obsua cōditōes ꝑdictas in ea ⁊ cōsidera dispositionē virtutis ⁊ etatis ⁊ tꝑis ⁊ cōpłōis ⁊ dispōnē motuū egri in q̄ātitate ⁊ q̄litate sua ⁊ antecessione ⁊ postpositiōe sua ⁊ horarū suarū ꝓprie in statibus acute ⁊ lōgitudine eius ⁊ abbreuiatiōe eius an sit ad motum declinis aut ad quietem ⁊ iudica per quantitatem eius.

¶ De signis ꝙ egritudo cōsumetur crisi aut resolutione. Capitulum. xciiij.

Cum fuerit virtꝰ fortis valde ⁊ porismi augmētati i q̄litate ⁊ q̄ātitate ⁊ etas ⁊ cōpło ⁊ tꝑs declināt ad motionē nō ad qetē ⁊ digestōis ⁊ eiꝰ cōtrarij signa festinātia

tūc egritudo ↄsumet̄ cū crisi. ℂEt si res fuerit ecōtrario ⁊ signa tarditatis iuēta tūc egritudo ꝓlōgat̄ ⁊ iterficit cū resolōne aut remouet̄ ⁊ si diuersificat̄ erūt crises dimiute ⁊ tardate ⁊ cū ꝑmutatiōe. ℂMors aūt ⁊ vita significātur ꝑ dispositiones virtutis ⁊ signa alteratōis vniuscuiusqȝ duaꝝ reꝝ ⁊ sui ↄtrarij.

ℂDe iudicijs recidiuationis. Capitulū xcv.

Deterior recidiuatio ē illa q̄ ē velocior ⁊ ē cū virtute debiliore ⁊ associat̄ ei ꝓcul dubio quū ē ei⁹ forma hec signa recidiuationis. ℂEt vt eueniat recidiuatio errore regiminis salui⁹ q̄ȝ vt eueniat ꝑ se cū rectificatione regis. ℂEt de errore i hoc ē dare i potu ca leaciētia ⁊ medicias qb⁹ vult aliqs bonitatē appetit⁹ sic geleniabi mellinū ⁊ trocisci rosacei ⁊ filia ⁊ reliqe q̄ rēanēt post crisiȝ attrahūt recidiuationē cito nisi succurat̄. ℂEt recidiuatio vehemētior est q̄ȝ radix qñ malitia eius est veniens ⁊ status est debilis.

ℂDe signis recidiuationis. Capitulū xcvi.

Et i illo cui⁹ febris nō qescit ꝑ crisim cō pletā ⁊ i die suo timet̄ recidiuatio. Et si fuerit qes ei⁹ sine crisi omnino nō ē excusatio recidiuationis ⁊ ꝓprie qñ crisis ē cū eis q̄ sūt sic variole aut itericia aut scabies ⁊ ad sūmū cū ea q̄ fit icute. ℂEt significat̄ qñqȝ q̄ erit recidiuatio ex debilitate virtutis ⁊ appetitu ⁊ nausea ⁊ malitia aie ⁊ paucitate digestōis ⁊ corruptiōe cibi i stō tēdētis ad acc tositatē ⁊ fumositatē ⁊ iflatiōe hypocōdrioꝝ ⁊ partium epatis ⁊ splenis ⁊ corruptione sōni ⁊ longitudine vigiliaꝝ⁊ vehementia sitis et vehementia inflationis faciei ꝓprie est signum malum et ꝓprie in palpebra superiore et ꝓprie eius apatio et ipsius abbreuiatio et silr cū resolōne iflationis faciei. ℂEt de illis que significant eam est vt corpus bene recipiat cibum et nō remoueat̄ per ipsum extenuatio et proprie qñ ista accidētia mala apparent et vehementiora fiunt in horis porismoꝝ egritudinis que fuit. ℂEt qñqȝ significatur recidiuatio ex pulsu qñ remanēt in eo spissitudo velocitas. ℂEt ex profundatione exituraꝝ creticaꝝ et occultatione carū. ℂEt ex vrina qñ in ea remanet tinctura plima citrinitatis aut flauedinis aut rubedinis aut ē ex illis in quibus non pendet sedimen neqȝ residet et qñ vrina infirmi non silatur vrine eius nāli. Et quedā ꝑpa significatiora sūt recidiuationis q̄ȝ quedā alia sicut autūnus i ipso eniȝ plus cadit recidiuatio q̄ȝ in reliqs tꝑib⁹. ℂEt gen⁹ egritudinū iteꝝ adiuuat ad significādā recidiuatōeȝ sic febres apose cū post se relinquūt calitatē ⁊ iflatōeȝ in viscerib⁹ ⁊ sic epilepsia ⁊ scotomia ⁊ dolores renū ⁊ epatis ⁊ splēis ⁊ emigranea ⁊ cephalea ⁊ catarrus ⁊ que ab ipso generant̄ de asmate ⁊ alijs ⁊ egritudinibus anhelitus.

ℂDe causa mortis. Capitulum. xcvij.

Mors fit aut ꝑꝑ cāȝ q̄ corrūpit̄ ↄplo cordis aut ꝑꝑ cāȝ q̄ resoluit̄ virt⁹ q̄re extiguit̄. ℂEt facta ꝑꝑ cāȝ q̄ corrūpit̄ ↄplo cordis: aut ē dolor vehemēs aut q̄litas supflua de q̄litatibus notis aut ē q̄litas extranea venenosa aut est retentio materiei anhelitus. ℂEt propter hoc oportet vt dimittant̄ resupini ⁊ ne dimittāt̄ guttura eorū desiccari.

ℂDe specieb⁹ mortis q̄ accidit in horis febriū ⁊ signū q̄litatis mortis ifirmi. C. xcviij.

De illis ē mors q̄ accidit eis in principio porismi febris ⁊ augmēto ei⁹ aut reuolutōe ei⁹. ℂEt plm ei⁹ ē in febrib⁹ apatū itrinsecoꝝ vbi effundit̄ ab ipsa supfluitas subito. ℂEt in egritudinib⁹ malignis a qb⁹ supat̄ nā in ꝑmis quū mouet̄ cū fortitudine ꝑcipue si fuerit debilis ⁊ ad sūmū ē sic ꝑfocās ⁊ sic extinctio ignis a multis lignis. Et de illis ē mors in statu porismoꝝ febris ꝑꝑ supationē nē ab egritudine. Et tertia ē mors facta in declinatiōe ⁊ ē pauca ⁊ rara. ℂEt plm ei⁹ ē i declinatōe ꝑticulari nō vli ⁊ cā in ea q̄ nā in ipsa ē sic secura ⁊ expādit̄ calitas ⁊ ꝑtit̄ ⁊ disꝑtit̄ retētio q̄ necessaria ē in horis ꝑncipij. ℂEt plures eorū moriūt̄ cū sincopi subito ⁊ qdā eorū gradatiȝ. ℂEt fortasse declinatio ē declinatio q̄ ē sine mollificatione virtutis ⁊ resolutione calitatis inate q̄re existimat̄ q̄ fit declinatio leuis ⁊ pulsus qdē diuersificat̄ in vtriusqȝ declinatōib⁹ ip̄e enim in vera cōfortat̄ ⁊ in falsa mollificat̄ ⁊ in vera equat̄ ⁊ in falsa diuersificat̄ ⁊ egrediatur ab ordine. ℂIn declinatiōe vero totali non morit̄ aliqs nisi ꝑꝑ cās laboriosas de fortis q̄ supueniūt infirmo ⁊ ē debilis sic mors aut eleuatio. aut ira ⁊ qñqȝ accidūt hmōi ēt prime. ℂEt hmōi qdē mortē antecedit sudor paucus viscosus. Et multotiēs morit̄ aliqs in variolis in declinatōe. Et multotiēs qdē antecedit eā sudor ineqlis ad frigus decliue ⁊ fortasse ē in capite ⁊ collo tm̄ aut i pectore tm̄. Et qñ cutis in aliq̄ ꝑpē ē sicca tēsa tūc nō

erit mors p sudorẽ ꝛ cũ eius ꝯtrario erit cũ sudore vex pl'in mortis in egritudinib⁹ mortalib⁹ fit ex mõ aliquo in hora in q̃ fit crisis bõa in egritudinibus saluis sic si ẽ egritudo in pibus erit mors in pibus ꝛ si fuerit in impibus erit mors in impib⁹. Et scias ꝙ causon ꝛ q̃ ei sũt silia attrahũt mortẽ apud statũ porismi ꝛ accidũt cũ ea accidentia mala de pmistiõe rõnis ꝛ vehemẽtia angustie et ꝓfunditate somni ꝛ debilitate tollerãtie febris deinde accidũt dolor capitis ꝛ tenebrositas oculorũ ꝛ dolor oris stõi ꝛ ingetudo. ¶ Et phrãtica attrahit mortẽ in pncipio porismi ꝛ tũc ẽ frig⁹ lõgũ ꝛ nõ calefit ꝛ pulsus pu⁹ valde vermicularis ꝛ vehemẽs fit sõni ꝓfũditas ꝛ pigritia. ¶ Et ad sũmũ vnaqꝗ attrahit mortẽ in hora in q̃ ipsa fit vehemẽtior sup infirmũ plus siue sit incipiẽs siue sit in augmẽto aut i statu: ꝛ mors gdẽ i augmẽto appente qñqꝫ accidit in paucis tñ. Et qñ tu cõsideras signa mortis in hora quã diximus ꝛ nõ inuenis ea tũc nõ timeas ꝙ si inueneris ea tũc existima ꝙ erit mors. ¶ Si aũt cõsecutum fuerit illud aliqđ malorũ signorũ pdictorũ tũc iudica fm plm si fuerint porismi impes ꝙ ipse morief in septimo aut pares quod morietur in sexto precipue si fuerit egritudo velocis motus.

¶ De significatione mortis absqꝫ crisi. Capitulum.xcix.

De illis ẽ debilitas virtutis ꝛ defectus eius ad resistẽdũ egritudini ꝛ de illis ẽ tarditas signorũ digõnis oino. ¶ Et de illis ẽ virt⁹ egritudis cũ tarditate mot⁹ ipius. ¶ Et qñ aggregãf oia ista ẽ magis pnitiosa.

¶ De dispositionibus accidentibus conualescentibus. Capitulum.c.

Quãdoqꝫ accidit ꝯualescẽtib⁹ recidua tio ꝛ accidit eis vehemẽtia virtutis et debilitas ipsius quũ in eis ẽ illud qđ diximus in capl'o regimis eox. ¶ Et accidit eis ne iuuenf ab eo qđ sumũt de cibo ꝛ ne redeãt corpa eorũ ad virtutem. ¶ Et accidũt eis exiture quũ nõ sũt mũdificata corpa eorũ ab hũorib⁹ p euacuationẽ. ¶ Et qñqꝫ accidit eis corruptio quorũdã mẽbrorũ ꝓpterea ꝙ expellif mã illic. ¶ Et qñqꝫ accidunt eis egritudines ꝯtrarie egritudinibus q̃ fuerũt in eis quũ supfluẽt in eis in ꝯtrario eius qđ ẽ cũ eis sic accidit eis grauitas in lingua ꝛ paralysis ꝛ colica frigida ꝛ apoplia ꝛ epilepsia ꝛ dolor capitis insepabilis ꝛ emigranea ꝛ q̃ his sũt siles quũ ifrigidatio ꝛ humectatio modũ ptrãsierũt. ¶ Et qñqꝫ accidit eis prurit⁹ p'mus quẽ rẽouet aq̃ tepida. Et accidit eis vt albificẽt eorũ capilli ꝓpterea ꝙ capilli priuãf nutrimẽto ꝛ ꝓpterea ꝙ spargif hũiditas inata q̃ stat nigredo sic accidit segetib⁹ ꝙ qñ siccãf albescũt postea qñ eox dispõnes hõe fiũt redit nigredo capillorũ sicut accidit iterũ segetib⁹ qñ potantur aqua quoniam tunc redit ipsarum viriditas.

¶ De regimine conualescentibus. Ca.ci.

Oportet vt in cõualescẽte alleuiatio fiat in omni re ꝛ nõ afferaf ei aliqd graue ex cibis neqꝫ aliqd ex motib⁹ ꝛ ex calefaciẽtib⁹ ꝛ causis cõprimẽtib⁹ donec ad võces pueniãf vsqꝫ ꝛ alia ꝛ gradatim pducaf ad exercitiũ eq̃le facile ipsum eni iuuatiuũ ẽ valde. ¶ Et vt occuperis in eo qđ augmentũ efficit in sanguine eius. Et oꝫ agere vt gescat ꝛ letef ꝛ gaudeat ꝛ ꝓhibeaf ab euacuationib⁹ ꝛ ꝓprie coitu. ¶ Et vinũ cũ tẽperamẽto ẽ ei iuuamẽtũ ꝓprie vinũ subtile tenue. ꝛ de cõualescẽtib⁹ cõueniẽtior ad hoc vt iter dicaf ei sacietas ẽ cõualescẽs cuius crisis fuit occulta qñ ipse ẽ expositus rediuationi ꝛ hmõi forsitã indiget euacuatõe. ¶ Et cõueniẽtior ei ẽ fluxus vẽtris subtilis pcipue quũ videris egestionẽ cholicã aut decliuẽ ad colorẽ humoris q ẽ ex hũorib⁹ ex qb⁹ fuit febris ꝛ videris in appetitu defectũ. Et cũ volueris illud tũc fac qescere cõualescẽtẽ ꝛ ꝯforta virtutẽ eius deinde euacua ꝛ fortasse necessariũ ẽ tibi vt euacues ꝛ cõfortes sil cũ cibatiõe. Et ppara ei tũc verbigratia cibos medicinales solutiuos aut cõmisce eis virtutes medicinarũ solutiuarũ cõuenientiũ sic pruna ꝛ siracost ꝛ tereniabin ꝛ silia illis habẽtibus cholam. ¶ Et qñqꝫ iuuãf p diuretica ꝛ mũdificãf p ea vene eorũ ꝛ qñqꝫ faciũt illud ista diuretica cognita sic facit illud vinũ cõmistũ. De phlomia aũt sciẽdũ est ꝙ parum indiget cõualescens extractiõe sanguinis et fortasse indiget etiã ꝛ significat illud forma ꝛ signa sãguis pcipue quũ iuẽis febrẽ occultã in vẽis ꝛ vides pustulã in labio ꝛ fortasse cogit te ad phlomãdũ infirmũ malitia sanguinis ei⁹ ꝓpter illud qđ remãsit in ipso de cenereitate hũox malorũ. ¶ Quare necessariũ ẽ ei vt extrahaf sãguis ei⁹ mal⁹ ꝛ augmẽtef in eo sãguis bõus. Et meli⁹ i hoc ẽ vt facile

fiat ⁊ nõ faciat aliqd subito. ⁊ somnus diurnus fortasse est magis nociuus cõualescẽti ppca ꝙ mollificat eũ ⁊ fortasse cõfortat eum ppera ꝙ ipm qescere facit. Et qñ nõ cõuẽit fortasse attrahit febrẽ ppca ꝙ facit cruditatẽ ⁊ frãgit de virtute caloris innati. ¶ Et obseruatio in oibus cõualescẽtibus mũdificatis ⁊ nõ mũdificatis est vt currat eẽ eorũ ſm regimẽ qđ fuit in egritudine ex cibarijs ⁊ alijs duobus diebus in eo qđ ẽ inter eos ⁊ ad sũmũ ſz mẽsurã q̃ res dies cretici ptrãseat ſz regimẽ qđ fuit in sanitate eius deinde illud qđ seqt sanitatẽ eius deinde eleuet ad illud qđ est supra ipm: ⁊ oꝫ in mũdó ⁊ eo cuius febris fuit salubris ne subtiliet regimẽ ei⁹ qm̃ febriet corpus eius ⁊ mala fiet eius dispositio. Et oꝫ vt redeat ille cui⁹ extẽuatio ⁊ macilẽcia in diebus paucis fuit ad pinguedinẽ in diebus paucis qm̃ virtus eius est fixa ⁊ fiat cũ cõtrario eius cõtrariũ illius ⁊ si nõ appetit cõualescẽs tũc in ipso est replo: ⁊ si appetit ⁊ nõ ipinguat post ipꝫ tũc affert sibi vltra virtutẽ suã ⁊ supra virtutẽ nẽ sue q̃re nõ põt digerere illud ⁊ diuidere in corpore aut in corpore suo sunt hũores plẽs in qbus nã est occupata aut virtus stõi eius est ꝓstrata valde aut virtus totius corporis eius ⁊ caliditas ipsius innata sunt ꝓstrate q̃re nõ alterat cibus alteratõe cõueniẽti vt exẽplificet vel restauret nã ex eo. ¶ Et hmõi qdẽ lꝫ appetãt in principijs rei sue cibũ tñ qñqꝫ conuertit in eis dispõ ad hoc vt nõ appetãt qm̃ nocumẽta ⁊ replo hũorũ malorũ fiũt fortiora ⁊ augmẽtãt ⁊ ne appetãt deinde appetãt pp viuificationẽ virtutis sue melius est q̃ꝫ vt appetãt deinde nõ appetãt quũ ergo pseuerat appetit⁹ ⁊ nõ alterat corpus ad virtutẽ dñantẽ tũc virtus appetitiua ⁊ instrumẽtũ eius sunt sana ⁊ virtus digõnis ⁊ ipsius instrumẽtũ sũt debilia ergo melius ẽ vt gradatim deducat cõualescẽs ex cauariꝫ ⁊ pullis ad hedũ ⁊ nõ reducãt ad cõsuetudinẽ dũ adhuc in venis est strictura. ¶ Et fortasse sirupus acetosus faciet eis euenire excoriationẽ intestinorũ pp debilitatẽ intestinorũ ipsorũ ⁊ silr acetosa. ¶ Et regimine cõualescentiũ est pmutatio eorũ ad aerẽ cõtrariũ ei in quo erãt. ¶ Et de regimine cõualescẽtiũ est obseruatio eius qđ oꝫ caueri de spe egritudinis eorum vt opponat ei qđ securitatẽ faciat ab ea sicut in pleureticis oꝫ enim vt timeat in eis aspitas. Et nõ oꝫ vt cõualescẽs sudet in balneo pp raritatẽ carnis sue debilis. Quũ ergo multiplicat sudor eius tũc in ipso supfluitas. ¶ Et abrasio cum nouacula nocet ei ꝓpter illud cuius narratio pcessit.

¶ De cibatione conualescentis. Ca.cij.

Oportet vt sit cibus eius in q̃litate bõi chimi facilis digõnis. ¶ Et oꝫ ne tolleret famẽ neqꝫ sitiꝫ ⁊ fortasse ẽ necessariũ vt decliner q̃litas ad ꝯtrariũ ꝯplõnis egritudinis pterite pp timorẽ alicuius rei: ⁊ cautelã. ¶ Et scias ꝙ cibi hũidi fluidi velocius nutriũt ⁊ mĩus sũt audaces ⁊ grossus ⁊ grauis ẽ ecõtrario siue sit cibus aut potus. ¶ Et oꝫ ne sup se afferat frigida nisi nocet ad illud residuũ caliditatis imo vt regat cũ eo qđ ẽ tẽpatũ ⁊ sit ei calitas subtilis cũ hũiditate cõpleta velociter recipiẽs digõnẽ. ¶ Et vt sit cibus eius in q̃ꝫtitate cũ mẽsura q̃ fiat bõa ei⁹ digõ ⁊ eius sepatio ⁊ adde ſz gradatõeꝫ. cũ nõ vides grauitatẽ neqꝫ rugitũ neqꝫ velocitatẽ descẽsiõis neqꝫ tarditatẽ retẽtõis. ¶ Et mĩue ex eo si nõ videat ex eo qđ videri dꝫ ⁊ qñ repelet subito ⁊ tẽdit stõus eius tũc fortasse febrit ⁊ silr nõ oꝫ vt bibat subito fortasse. n. ẽ ex eo timor. hora aũt cibi eius ẽ hora eq̃litatis aeris in vespis estatis ⁊ hora post meridiẽ hyemis nisi sit noces aliqd festinũ. ¶ Et oꝫ vt diuidat sup ipꝫ q̃ꝫtitas q̃ ẽ mĩus sacietate eius. Et aq̃ vehemẽtis frigoris est ex eis a qbus oꝫ aliẽari ꝯualescẽs qñqꝫ eni interficit fortasse eni supueniet ledẽdo qbusdã visceribus ⁊ fortasse faciat spasmũ ⁊ nos iã sciuimus q mortuus ẽ pp illud. ¶ Et scias ꝙ appetitus ꝯualescẽtis qñqꝫ minorat pp debilitatẽ aut pp hũores i stõ ⁊ associat eis ſm plm sincopis. Et qñqꝫ minorat cã epatis ⁊ paucitate attractõis eius ⁊ appet in colore ⁊ in egestiõe tẽui ⁊ alba. ¶ Et qñqꝫ minorat cã humor in corpore toto ⁊ sacietatis nauseatiue. ¶ Et qñqꝫ pp debilitatẽ virtutis corporis calitatis ĩnate aut in stõ ꝓprie. Rege vero vnũqđqꝫ cũ eo qđ sciuisti de regie ei⁹ q̃ꝫto pl⁹ facili⁹ ẽ. ¶ Et scias ꝙ secãia bi de cidõijs ẽ bonũ medicamẽ cõualescẽtib⁹ ⁊ ꝓprie qñ eorũ appetit⁹ ẽ ꝓstrat⁹ pp debilitatẽ i stõis eoꝝ ⁊ faciet securitatẽ ab excoriatõe itestiorũ. ¶ De ꝯfortãtib⁹ vero stõꝫ q̃ sũt calidiora eo sũt sic trocisci roſ. ⁊ q̃ sũt eis silia fortasse eniꝫ sunt causa recidiuationis.

¶ De motibus egritudinum. Ca.ciij.

IAm sciuisti horas egritudis ⁊ sciuisti ꝙ motus i ꝑiodis qn̄qȝ fit addēdo i labore ⁊ significat statū ⁊ qn̄qȝ fit minuēdo ⁊ significat declinationē. ¶ Et vehemētiores fiunt motus egritudinum ⁊ accidentia eaꝝ in nocte propter vehementiam occupationis nature in digerendo mām tunc ab omni re.

¶ Tractatꝰ scđs đ diebꝰ crisis ⁊ horis eiꝰ.

¶ De principio egritudinis ⁊ prima cōputatione crisis. Capitulum .i.

DE hoibus sūt q dicūt ꝙ pricipiū egritudis ex quo nūeratur ꝯputatō dieꝝ crisis ē extremitas hore i q̄ sētit eger vestigiū egritudis. ¶ Et de hoibꝰ sūt q dicūt nō imo extremitas hore i q̄ se ipsū proijcit ⁊ apparet i eo nocumentū opationis ⁊ hec qdē diuersitas nō aduēit nisi i febribꝰ q̄ nō accidūt subito i illis aūt q̄ subito accidūt nō ē pricipiū hore ⁊ illud ē sicut accidit qbusdā febricitātibꝰ vt icipiat febris inceptōe apparēte ⁊ fit hō ante illud nō hn̄s egritudinē q̄re dormit aut igredit̄ balneū aut laborat ⁊ febrit subito. In febribus aūt quas antecedūt ꝯfractio ⁊ dolor capitis ⁊ filia dei de accidūt ambe res diuersificāt̄. Et fortius ē vt cōsideret̄ hora iceptiōis ipsius febris ⁊ illic ē iā apparitio exitꝰ a dispositiōe naturali i cōplexione māifesta. ¶ Inceptio vero doloris capitis et ꝯfractiōis cōsiderationē nō habet et ꝙ decūbit i lecto et sōnus nō sūt de illis qbus ē ituēdo fortasse eni ifirmus nō decūbit et iā icepit febris. ¶ Et si peperit mlr deide accidat ei febris. tūc si nō ꝯputetur ex febre et nō nisi ex ꝑtu ē illđ error. de hoc dixerūt qdā ꝙ plm̄ accidit post scđm et tertium.

¶ De cā dieꝝ crisis et periodoꝝ eius. Ca. ij.

PLures qdē hoīes posuerūt cām i mēsuratiōe tēpuȝ crisiū egritudinū accutarū ex ꝑte lune et ꝙ virtus eiꝰ ē virtꝰ icedēs i hūitates mūdificās i ea spēs alteratiōis et adiuuās ad maturādū et digerēdū aut ad cōtrariū secūdū ꝑpationē materiei et significāt i hoc per dispōem extēsionis et contractionis ⁊ augmētationē cerebelloꝝ cū augmētatiōe luminis in luna et velocitatē maturationis fructuum arborum et herbaꝝ cum apparitiōe eius. Et dicūt ꝙ humiditates ciuitatū patiuntur a luna quare diuersificant̄ dispositiones earuȝ secundū diuersitatē dispōnuȝ lune. ¶ Et fit vehemētio et apparitio diuersitatis cū vehementia appitionis diuersitatis in dispositione lune ⁊ fit illud vehementius qn̄ luna est ſm oppōeȝ dispōnis in qua fuit deinde ſm q̄drationē ⁊ hoc ꝑ diuisionē reuolutiōis sue ad medietatē deinde ad medietatē medietatis. ¶ Dixerunt ꝓpterea ꝙ reuolutio lune est in vigintinouē diebus et tertia fere diminutis diebus coniunctionis ex eis ꝓpea ꝙ lune nō est opatio q̄ sunt fere duo dies ⁊ medietas ⁊ tertia q̄re remanent vigintisex dies. Et medietas erit medietatis eius tredecim dies: ⁊ q̄rta die: ⁊ q̄rta ipsius sex dies ⁊ medietas diei: ⁊ octaua diei: ⁊ octaua eius tres dies ⁊ q̄rta diei ⁊ medietas octaue diei. Et est melior reuolutio eius ⁊ fortasse extrahunt eā ſm modos alios diuersificantes has cōputationes parūꝑ ⁊ addunt in ea parūꝑ verū in hoc est transgressio qꝛ dicunt qđ nō debent dicere. ¶ Sunt ergo ista tꝑa facientia necessario vt appeant in eis diuersitates magne ⁊ sunt dies ꝑiodorū ꝑuarū. ¶ Et qn̄ incipit ⁊ mā est bona apparet apud statū eius alteratio manifesta tendens ad bonitatē. ¶ Et qn̄ incipit tp̄s ⁊ dispōnes sunt corrupte est alteratio apparens aꝑ cōplementū tꝑis ſm corruptionē. ¶ Crisis vero egritudinū q̄ in tꝑibus ꝓcedunt et vltra mensez numerant̄ ex sole ⁊ in hac qdē mensuratione ⁊ experientia est ambiguitas. ¶ Et in eis sunt loca tali mō ꝙ multiplicat̄ occupatio cū hoc suꝑ naturalē ⁊ nō impedit suꝑ medicū aliqd ⁊ suꝑ medico qdē nō inest nisi vt cognoscat qđ egredit̄ cū crisibus pluribus ⁊ nō ꝑtinet ei vt sciat q̄ sit cā eius qn̄ declinatio illius cause extrahit eū ad artē aliam immo oȝ vt sit sermo de diebus crisis: sermo quē loqmur scđm semitā experientie aut scđm viā positionis ⁊ axiomatū ⁊ scias ꝙ plures eorū nominant reuolutionē illud ex quo nō egredit̄ multiplicatio a genere suo ⁊ est eius intentio ꝙ nō egredit̄ cū ea duplicatio ad diē nō creticū ⁊ exemplū horū ē q̄rtanus ⁊ septenus. ¶ Nā eorū mediū ꝑuenit semꝑ ad diē creticū ſm experientiā dierum crisis q̄ accidit egritudinibus qbus conueniunt isti q̄rtanus ⁊ septenus. ¶ Et reuolutiones qdē bone radicales sunt tres reuolutio q̄dranorū ⁊ reuolutio septenorū ⁊ est cōpleta sed reuolutio decenorū est magis cōpleta q̄ȝ omnes. Quadragesimus .n. ⁊ sexagesimus ⁊ octcagesimus ⁊ omnes illi dies sunt crisis:

veꝝ due p̄rie revolutiões sũt dimiute ex hoc
ꝑꝑ fractionē quā attēderĩ oꝫ ⁊ ꝑ quā sũt tres
septē vigiti dies ⁊ quartanus p̄mus ē quar-
tus ⁊ q̄rtān9 scđus ē i quo restauraꝛ fractio,
Et ꝑꝑ illud ē i septimo qm̄ sũt sex dies ⁊ res
pluria de septio:⁊ ꝑꝑ illud cadit ꝯtinuatus:
quartanus tertius cadit i vndecio. ¶ Et illic
ꝑuenit hora duplicationis septeni q̄re seq̄tur
ipsũ septenus ƀus ⁊ ē in quartodecio Et qñ
restauraverimus septenũ tertiũ cadit i die vi
gesimo iā ergo cucurrit res i quartanis ƀm
hoc ꝙ quartanus primus ⁊ ƀus sũt ꝯtinui ⁊
ƀs ⁊ terti9 dies gregati ⁊ tertius ⁊ quartus
ꝯtinuati. ¶ Quum ergo ꝑtrāsit q̄rtus deci-
mus tũc iā cadit diversitas. ¶ Et laudabiles
q̄dē sicut Hippocrates ⁊ Galienus icepe-
runt a continuatis fuit ergo ordo dieꝝ ita se
ptimus ⁊ quartusdecimus ⁊ vigesimus ē ꝯti
nuatus ex quarto decio ergo viginti multi-
plices sũt septenoꝝ ƀꝫ itētionē. quare iueni-
m9 ƀos septenos segregatos quos sequitur
tertius cõtinuat9 ꝯplēs vigiti deide separāt
ex viginti ⁊ ē vigesim9 quartus deide vigesi
m9 septius ꝯtinuat9 postea trigesim9 p̄mus
separatus ē sup q̄ttuor septenos ⁊ trigesim9
quartus ꝯtinuati. Deide septen9 ꝯtinuat9 q̄
re sũt q̄dragita deide currit multiplicatio su
ꝑ tres septenos ƀꝫ ꝙ ipsi sũt viginti vt sit cõ
tiuatõ sexagita ⁊ octuagita cētũ ⁊ cētũ vigiti.
¶ Et nõ ē cõsideratio p̄līa ad illđ qđ ē iter
eos de dieb9. ¶ Alij aũt sicut archigenes di
xerũt ꝙ post quartũdecimũ ē octavus deci-
mus ⁊ ē dies crisis ⁊ vigesim9 prim9 ⁊ vige
simus octavus deide trigesimus ƀus postea
trigesimus octavus cum continuatione sep
tēi. ¶ Et quidā numeraverũt quadragesimũ
ƀꝫ ⁊ quadragesimũ q̄ntũ ⁊ q̄dragesimũ octa
uũ dies crisis ⁊ iā trāsgressi sunt i hoc ꝯside
ra tu qualr̃ cadat qđ ipsi fecerunt de distin-
ctionē quartanorum ⁊ septenorum. ¶ Nam
quartāis in diebus crisis inest virtus fortis
vsqꝫ ad viginti dies deinde virtus aduenit
septēnis vsqꝫ ad trigita quattuor quum ergo
eger in egritudine chronica pertransit vigin
ti tunc attende septenos. ¶ Et apud archigi
nem quidem dies vigesimus primus valde
plus est creticus q̄ꝫ vigesimus qui est septe-
nus non disiunctus apud octavum decimũ
vbi currunt septeni. ¶ Hip. vero ⁊ Gal. ⁊
qui post eos ambos fuerunt non invenerũt
rem secundum illud ⁊ similiter est diversitas
in vigesimo septimo ⁊ vigesimo octavo. Ar-
chigenes.n.vidit aliud a s̄nia amborũ ⁊ fecit
meliorē vigesimũ octavũ ⁊ silr̃ est dispõ tri-
gesimi primi cũ trigesimo scđo ⁊ trigesimi
q̄rti cũ trigesimo q̄nto ⁊ q̄dragesimi cũ q̄dra
gesimo scđo. ¶ Et scias ꝙ de egritudinibus
sunt quarũ crisis est in septem mēsibus im-
mo in septē annis ⁊ q̄tuordecim annis ⁊ vi
ginti vno anno. ¶ Et sunt q̄dē q̄ existimāt ꝙ
post q̄draginta nõ fit crisis cũ evacuatõe for
ti verũ res nõ est ita. ¶ Et nõ est etiā neces-
sariũ vt alteraꝛ egritudo ad acutā aut vt in
ea cõpositio egritudinũ. Et nõ est ꝓhibitũ in
egritudine chronicā q̄n cessat nā digerere ip
sā deinde cõfortet sup ipsā vice vna ⁊ expel-
lat eā quāuis fit pauca. ¶ Verũ p̄lm est ƀm
ꝙ dictũ est ⁊ fit sepatio in ea aut cũ crisi di-
minuta aut ꝑ exiturā tardi motus aut ꝑ reso
lutionē. ¶ Inq̄t Hip. dierũ creticorũ alij sũt
pares ⁊ alij sunt impares. Et impares q̄deꝫ
fortiores sunt in crisibus ƀm p̄lm ⁊ in p̄limo
numero ⁊ pariũ q̄dē exēplũ est q̄rtus ⁊ sext9
⁊ octavus ⁊ decimus ⁊ quartusdecimus ⁊ vi
gesimus ⁊ vigesimusq̄rtus ⁊ alij quos nume
ravimus de ꝑibus ƀm duas s̄nias. ¶ Et im
pares q̄dē sunt sic tertius ⁊ q̄ntus ⁊ septim9
⁊ nonus ⁊ vndecimus ⁊ q̄ntusdecimus ⁊ sep
timusdecimus ⁊ vigesimus primus. ¶ Am-
plius Gal. negavit qđ dicũt ē in hoc āpho
rismo de eē octavi ⁊ decimi ⁊ invēit illud di
versũ radicibus Hip. Et fortasse hic sermo
Hip. est anteq̄ꝫ bene sciret eē dieruꝫ crisis
⁊ hꝫ expositionē. ¶ Et scias ꝙ q̄ñqꝫ cõtinuā
tur dies ⁊ fiũt sic dies vnus crisi ⁊ illud plus
cõtingit post vigiti siue fit evacuatio siue exi
tura. ¶ Et scias ꝙ in die bõe crisis qñ appa
rēt signa mala tũc illud est deterius ⁊ signi-
ficat mortē plurimũ sicut si accidat eis aliq̄d
in septimo ⁊ quartodecimo.

¶ De ꝓportõalitate dieꝝ crisis adiuicē ⁊ debilitate ⁊ cõꝑatõe eoꝝ ad egritudies. Ca.iij.

Dierũ creticorũ alij sunt fortes in vlti-
mo in q̄bus fortasse sp̄ fit crisis: ⁊ alij
sunt debiles valde sunt medij. ¶ Et ego di-
cā eos distincte postq̄ꝫ dixero ꝙ primus di-
es crisis est dies q̄rtus ⁊ cũ hoc nõ multũ ca
dit in eo crisis ⁊ est indicativus septimi. Di
es aũt septimus est dies fortis est valde ⁊ in
dicat ipꝫ q̄rtus ⁊ lꝫ vt septimus ponaꝛ in pri
mo ordine supiore. Et dies vndecimus nõ ē
in virtute q̄rtidecimi. ¶ Verũtñ in egitudi-

nibus in quibus porismi earū incipiūt in imparibus vt tertiana est fortis valde et fortior quartodecimo. ¶ Et dies quartusdecimus est dies fortis valde et de fortitudine eius est quod nō inuenit dies cui nō proportionat quartusdecimus qui sit vltimus in fortitudine in iudicijs crisis et salute eius nedū a cōplemēto eius. ¶ Dies septimusdecimus est fortis et qui proportionat ei ex diebus est fortior et proportionalitas eius ad viginti est proportionalitas vndecimi ad quartūdecimū. ¶ Octauusdecimus est de diebus crisis interficientibus et eorū magis pernitiosus est dies vigesimusseptimus et est quasi nō sit dies crisis et dies quadragesimus est fortior trigesimoquarto quāuis trigesimusquartus sit bone virtutis et fortior trigesimo primo. ¶ Et scias quod egritudines que porismi faciūt in imparibus sicut tertiana et plures acute sūt velocioris crisis et earū crisis in imparibus que propter expectatur in tertiana vndecimus et nō expectat quartusdecimus nisi parū quāuis secundum philosophum porismus septimi declinet a quartodecimo parūper. ¶ Et ille que faciūt porismū in paribus sunt tardiores et crisis earū plus est in paribus.

¶ De diebus cretici. Capitulum. iiij

Alij qui sūt in ordine superiore sunt sicut septimus et vndecimus et quartusdecimus et septimusdecimus et vigesimus. ¶ Et quoniam fiunt reuolutiones in egritudinibus cōuenientes secundum philosophum numero dierū crisiū quare fiunt septē reuolutiones tertiane sicut septē dies caussonidis. ¶ Et quoniam fit dispositio numeri mensiū et annorū in chronicis secundum dispōnem numeri dierū in acutis quare fit quartana septē mensiū verbigratia. et currunt eius indicationes secundum cōsiderationē indicationū dierū et cadit inter eas de antecessionē et postpositione secundum cōsideratōez que cadit in diebus et dicā illud.

¶ De diebus cadētibus in medio. Ca. v.

Dies isti quos diximus sunt dies cretici radicales. ¶ Verū quoniam accidit diebus creticis propter aliquā causaȝ accidētiū extrinsecus aut ex ipsa egritudine et velocitate motus sui aut tarditate sua aut ex dispōne corporis in virtute aut ex accidētibus que accidūt sicut vigilie vehemētes ex vigilijs extrinsecis aut cadentiū ex causis corporeis aut aialibus quū superfluūt vehemēter vt cadat ante eos festinatio aut tardatio ab eis licet nō eleuetur statione crisis necessarie in hora sua immo minuatur ea. ¶ Et si nō eēt cā fortis accidēs verificaret crisis et nō antecederet neque tardaret. Verū quando accidit illud accidens et est forte declinat hora et tardat aut antecedit et si fuerit debilis fit difficilis crisis. ¶ Et prohibet iā ne sit cōpleta et nominant dies in quibus cadit hec reflexio dies cadentes in medio et habēt indicia dierū crisis ex parte. ¶ Et isti dies sunt sicut tertius et quintus et sextus et sicut nonus et sicut tertiusdecimus. Tertius. n. et quintus cōtinet quartū et nonus est inter septimū et vndecimū et fortasse erit dies cadens magis conueniens vni duorū dierū qui sunt in duobus lateribus eius aut erit dies creticus qui est inter illos cadētes in latere altero magis pertinēs ei: festinatio. n. vndecimi ad nonū plus est quā tardatio septimi ad nonum quanuis vnusquisque eorum sit plurimum.

¶ De virtute dierum cadentium in medio et debilitate eorum. Capitulum. vj.

Scias quod nonus est dies fortis prelatus in eis deinde quintus postea tertius et nō abbreuiat a quarto qui est radix abbreuiatione manifesta: et tertiusdecimus quasi propter suā debilitatē nō est de illis in quibus fit crisis. ¶ Sextus aūt est dies in quo cadit crisis verūtamen illa est mala. ¶ Quando si venerit nō mala erit difficilis occulta diminuta nō salua a timore et ipse propter putatē casus crisis in eo siue mala sit siue nō mala est quasi cōtrarius septimo et indicat ipm quartus in malicia. Et parū quidē cōplet indicatio quarti cū bono nisi cū difficultate quare accidūt in eo signa timorosa sic somnus profundus et sincopis et proprie si fuerit euocatio tūc accidet sincopis cū vomitu et accidet in eo casus virtutis et horripilatio et tremor et destructio pulsus si autem apparuerit in eo sudor nō erit equalis et fōtasse minuit in eo crisis cū euōne: quare erit cōplemētū eius cū excritura mala et ictericia et erit vrina mala mali sedimis hoc est quando fuerit salua et si nō fuerit tunc quocūque modo fuerit erit salus eius per accidēs recidiuatiōis. Inquit Gal. Septimus est sicut rex iustus et sextus sicut rex vincens iniustus et octauus est primus sexto.

¶ De diebus bonis et malis qui secundum ordines suos cretici sunt aut cadentes in medio aut dies indicationis. Capitulum. vij.

Ex quibus meliores sūt septimus et quartusdecimus et post eos sūt nonus et septimusdecimus et vigesimus deinde quintus postea quartus post octauus deinde tertiusdecimus. Et scias quod dies crisis fortioris iudicij et fortiores dies cadētes

ꝛ dies indicatiõis sũt illi q sũt in diebus antecedẽtibus ꝛ q̃zto magis ꝓcedunt debilitatur eorum iudicium.

¶ De diebus qui non sunt cretici neqꝫ intẽtione prima neqꝫ intentione scđa. Ca. viij.

Isti sunt dies p̃mus ꝛ scđs ꝛ decimus ꝛ duodecimus ꝛ nonus decimus ꝛ qn-tus decimus iterũ ẽ huius summe. ¶ Et est mirabile ꝙ plures eorũ sequunt̃ diẽ cretitũ.

¶ De diebus indicationis. Capitulum. ix.

Dies indicatiõis sunt dies in qbus vi-dẽt̃ vestigia q̃ sunt significatiões alte-ratõis mẽ aut significatiões victorie vnius duoꝝ alternatorũ egritudinis ꝛ virtutis aut iceptõis pugne leuis q̃ currit inter nãz ꝛ egritudinẽ nõ pp sepationẽ scđ pp furiositatem. Prime qdẽ sunt sic̃ significatiões digestõis ꝛ cõtrarij digestõis. Significatões vero di-gestiõis sũt sic̃ nubes rubea aut ad albedinẽ tẽdẽs significatiões in digestõis iterũ note sunt. ¶ Scđe uero sunt sic̃ appitio virtutis appetitus aut casus eius in eo ꝛ leuitas motus aut grauitas eius. ¶ Tertie aũt sunt sic̃ dolor capitis ꝛ angustia ꝛ strictura anhelit⁹ ꝛ trẽor et sudor nõ cõis ꝛ euocatio nõ cõpleta. ¶ Quũ ergo appent ista vestigia in istis diebus erit crisis in diebus noctis seq̃ntib⁹ eos ꝛ erit q̃rtus indicãs ꝙ erit in septimo si fuerit signũ bonũ. aut sexto si fuerit signum malũ ꝛ ꝓprie in causonide ꝛ fixa ꝙ fiat in septimo ꝛ minus ꝙ in sexto verũ in tertiana multiplicat̃ ꝙ fit in sexto ꝛ septimo aut in vndecimo aut ꝯm plm̃ in q̃rtedecimo aut vigesimo aut vigesimoprimo ꝛ septimusdecim⁹ iteꝝ indicat in vigesimo aut vigesimoprimo ꝛ octauus decimus indicat in vigesimoprimo ꝛ vigesimus in q̃dragesimo. ¶ Et de diebus cadentibus in medio tertius in qnto et si fuerit malũ tũc in sexto ꝛ qntus in nono ꝛ si fuerit malũ tũc in octauo. ¶ Et scias ꝙ significatões indicationũ quõqꝫ declinãt a diebus suis pp cãꝫ p̃dictã in declinatiõibus crisis a diebus suis quos meret̃ ad illos q sunt ante eos aut post eos. ¶ Et scias ꝙ seq̃t diẽ ꝯm de diebus indicatõis aliqd de gñre eius qđ fuit in die indicatõis tũc egritudo est velocis motus. Et cõsidera signa festinantia ꝛ tardantia ꝛ indica in diebus indicationis q indicat ea si festinant aut tardãt̃ ex hoc.

¶ De cognitiõe dierum crisis cum dubitat̃. Capitulum. x.

Cognitio dierũ crisis est necessaria ad intẽtiões plures. ¶ Oꝫ .n. quũ crisis ẽ ꝓpinq̃ vt regat̃ eger regimie quodã. ¶ Et oꝫ vt in die crisis ꝛ q ei ꝓximus ẽ vt rigat̃ eger regimẽ ꝓprio. ¶ Nõ ergo moueat̃ oino cũ medicina. fortasse enim adiuuabit nã ad euocationẽ q̃re supfluet vehemẽter ꝛ fortasse faciet ei cõtrarietatẽ in pte sua q̃re pariet laborẽ nõ crisim ꝛ nõ fiet euocatio ꝛ in hoc est illud qđ est in eo. ¶ Et oꝫ in cognitione dieꝝ crisis vt obserues iterũ res nãles alterantes dies crisis notos. ¶ Et nos inuenimus cognitionẽ diuidi in duos modos quoꝝ vnus est in crisi egritudinis absolute ꝛ alter est in ip̃o die crisis ex pte tp̃is i quo ẽ crisis. ¶ Fortasse enim ꝓlõgãt̃ dispõnes crisis duobus diebus vel tribus q̃re dubitat̃ ad quẽ eorũ ꝓportionet̃. ¶ Modus vero primus significat̃ ex duobus modis. ex signis abbreuiationis egritudinis ꝛ longitudinis eius ꝛ ex naturis egritudinũ ꝛ virtutibus earũ. ¶ Significatio vero ex signis longitudinis ꝛ abbreuiationis est qm̃ fortasse erit ꝯm cõsumptionẽ egritudinis sicut si fit egritudo nõ de illis q̃s possibile est cõsumi in q̃rto ꝛ q ip̃m sequũt̃ ꝛ possibile est cõsumi in septimo ꝛ q sequit̃ ip̃m. Nã si apparẽt signa digestionis apparitioue bona in eis q sequũtur quartuꝫ spatur ꝙ crisis erit in septimo. ¶ Et si apparent signa longitudinis egritudinis p̃dicta in capitulo suo scias ꝙ crisis ei⁹ tardabitur ꝛ erit successio eius absqꝫ crisi. ¶ Et si nullũ eorũ appet spatur ꝙ cõsumetur egritudo inter septimũ ꝛ q̃rtũ decimuꝫ. ¶ Significatio vero ex naturis egritudinũ est sicut verbigratia. dies imp ẽ melior sic̃ sciuisti ex eo ꝙ mouetur de egritudinib⁹ in die impari ꝛ cũ calíditate acuta ꝛ par ẽ de eis q̃ diuersificantur ei. ¶ Modus vero scđs significat̃ ex modis pp cõsiderationẽ reuolutionũ ex nũero horarũ crisis ꝛ tpe crisis ꝛ verificatõib⁹ dierũ et virtutib⁹ eoꝝ. ¶ Significatio ex ꝯsideratõe reuolutionũ ẽ sic̃ verbigra. tu scis ꝙ dies par ẽ melior cuidã egritudini ꝛ impar ẽ melior alicui egritudini verũ ex pte crisis ẽ vt cõsideres ꝛ cognoscas in quo duorũ dierũ sit labor lõgior ꝛ ponat̃ ei crisis nisi sequat̃ ꝙ sit fortioris iudicij q̃z iudiciũ hui⁹ significatõis. ¶ Et de hoc scđo capitulo ẽ illđ qđ facit eẽ necessariũ vt põat̃ in eo crisis dici medio ex dieb⁹ trib⁹ cũ ꝯditõe p̃dicta. ¶ Significatio

aũt ex virtute dierũ ꝛ naturis ipsorũ ē sicut si fit sudor incipiēs i nocte septimi ꝛ nō cessat sudare i octauo tota die tūc crisis erit i septimo nō i octauo ꝗuis febris eradicet i octauo ꝛ si fuerit ƀm diuersitatē hui⁹ ꝛ incipit sudor i decioterio ꝛ nō cessat ifirm⁹ sudare vsq3 ad decimūquartū ꝛ eradicet febris in decimoq̃rto tūc nō ꝓportionabit crisis nisi ad decimūquartū ꝛ illud est qm̄ octauus ꝛ decimus tertius nō sunt in virtute duorũ dierũ aliorũ ex bonitate. ¶ Et mors cū sexto conueniētior ē q̄3 sit cū septio ꝛ cū decimo magis cōueniēs q̄3 sit cū nono. ¶ Significatio aūt ex aggregatiōe iudiciorũ ē sicut illud cui⁹ narratio p̄terijt verbigratia: i decio q̃rto i eo qđ diximus aggregat̃ sudor ꝛ eradicatio simul. ¶ Significatio vero ex diebus indicatiuis est vt consideres an inuenias in exēplis predictis indicationē ex quarto tunc iudica ꝙ crisis erit in septimo aut inuenias in vndecimo tūc iudica ꝙ crisis erit in decimo q̃rto.

¶ De declaratione proportionis dierũ crisis ad plures egritudines. Capitulum .xi.

IAm sciuisti ꝙ oꝫ vt crisis egritudinum valde acutarũ fit ad septimū ꝛ oꝫ vt illarū crisis q̄ sequūt̃ eas i acuitate fit ad q̃rtū decimū ꝛ ad vigesimū ꝛ q̄ has sequūt̃ ad q̄dragesimū deide post illud faciūt crisiꝫ egritudies chronice absolute quū incēsiua vehemēs fit in imparibus illud est tūc signū malū ꝛ multotiēs interficit in sexto ꝛ indicat in quarto ꝛ fit in ipso sudor frigidus ꝛ bis similia: ꝛ que ex firsen erit crisis ƀm plurimū ad vndecimū cū acuitate sua qm̄ inceptio magnificatiōis eius fit ƀm plm̄ post tertiū ꝛ q̃rtū deide facit crisim i septio scias ergo illud.

¶ Expleta est fen secunda. Incipit fen tertia de apostematibus ꝛ pustulis.

¶ Tractatus primus de illis que ex eis sūt calida ꝛ corrupta.

¶ De sermone vlī de apatibus. Capitulū .i.

IAm locuti fuimus i libro primo de apatib⁹ ꝛ spēbus eorũ ꝛ curis ipsorū sermōe vlī ad quē redire oꝫ illū q vult audire qđ nūc loquemur i hoc at̄ loco loquemur de eis sermonē pticularē. ¶ Dico ꝙ oē apa ꝛ pustula aut est calidū aut nō calidū: ꝛ apa calidū aut ē a sanguine ꝛ qđ currit cursu eius: aut a cholera ꝛ qđ currit cursu ipsius. ¶ Et qđ ē a sanguine laudabili aut sanguine malo. ¶ Et sanguis laudabilis aut est grossus aut subtilis. ¶ Et factū q̄dē a sanguine laudabili grosso est phlegmon q̄ accipit carnē ꝛ cutē simul ꝛ est cū pulsatiōe. ¶ Et a subtili phlegmon q̄ accipit cutē solā ꝛ est spina ꝛ nō est cū pulsatiōe. ¶ At vero a sanguie grosso malo fiunt spēs exiturarũ malarũ. Nā si eius malitia vehemēs fiat ꝛ ipsius adustio ꝓueniet herisipila ꝛ veniet cōbustio ꝛ crusta ꝛ deterior ea ē ignis p̄sicus. Et a subtili malo accidet phlegmon q̄ declinat ad herisipilam cū malitia et fraudulētia. ¶ Si at̄ fuerit subtilior erit herisipila phlonides ꝛ qm̄ fuerit ei⁹ malitia: malitia maior erit herisipila hn̄s inflationes ꝛ vesicas ꝛ cōbustionē ꝛ crustā. ¶ Cholericuꝫ aūt aut ē a cholera subtili valde q̄ nō ɔtinet̃ in eo ꝙ fit magis intus q̄3 illud qđ apparet de cute ꝛ est acuta ꝛ fit ex ea formica aut ambulatiua sola ꝛ est subtilior aut ambulatiua corrosiua ꝛ ē mala. ¶ Aut ex cholera grossiore illa ꝛ minoris caliditatis ꝛ cōtinet̃ magis intus q̄3 p̄ria in cute ꝛ est q̄si sit in ea phl̄a et fit ex ea formica miliaris ꝛ est minoris inflationis ꝛ tardioris resolutiōis. ¶ Et si fuerit materia grossior et deterior accidet formica corrosiua. ¶ Et si ptrāsierit i grossitie sua vsq3 ad substātiā sanguinis ꝛ fiunt mala accidet herisipila mala. ¶ Et in oibus illis materia ē subtilis q̄3uis diuersificet̃ post illud ꝛ fit pp subtilitatē suā ꝙ expellit eaꝫ natura ꝛ nō retinet̃ in aliquo nisi in cute ꝛ ꝙ approximat ei. ¶ Et qm̄ multiplicat̃ materia apatis calidi ꝛ magnificat̃ apa tūc est de sūma apatū caumatū ꝛ mortificatiū. ¶ Et de sūma p̄dictorũ est q̄ dicit̃ barachien. Et iste spēs male ꝛ q̄ eis similāt̃ multiplicātur i anno pestilētie. ¶ Et de apatibus calidis illa sūt mala q̄ nō excitātur vel nō ꝓueniūt ad declinationē q̄3 sequūt̃ leuitas ꝛ detumitio neq3 ad aggregationem materiei imo ad corruptioneꝫ mēbri. ¶ Et nō sp fit a magnitudine apatis ꝛ multitudine materiei imo fit quandoq3 a malignitate materie. ¶ Et scias ꝙ apata parum fiunt singularia pura sed plura eorum sunt composita. ¶ Et scias ꝙ omne apa in exterioribus cum quo non est pulsatio nō facit saniē: de intrinsecis vero iā locuti fuim⁹.

¶ De phlegmone. Capitulum .ij.

IAm sciuisti phlonē ꝛ signa eius ex caliditate ꝛ inflāmatiōe ꝛ additiōe q̄3titatis

⁊ tensione ⁊ ipulsione ⁊ pulsatione si est sub-
mersa vel q̄a est ꝓpinqua arterijs ⁊ mēbrū
in quo ē tale ē cui adueniūt nerui q̄bus sen-
tit nō plus q̄ʒ sensibilitas sicut sciuisti dispo
sitionez eius. ¶ Et q̄ʒto plus fuerint arterie
maiores ⁊ magis grādes erit pulsatio eius
⁊ ipsius dolor vehementior ⁊ eius resolutio
aut ipsiꝰ collectio velocior. ¶ Et quū phleg-
mon ē in mēbro sensibili sequit̄ ipsam dolor
vehemēs q̄litercūq̄ʒ sit ⁊ cōmittat̄ ipsam vt
appareāt vene illius mēbri parue q̄ erāt oc-
culte. ¶ Et scias q̄ nomē phlegmonis i lin-
gua grecoꝝ ē absolutū sup̄ oē q̄d ē inflāma
tū deinde dicit̄ de oi apāte calido postea di
citur de eo q̄d est in apāte calido cū ꝓprie-
tate p̄dicta ⁊ nō caret inflāmatiōe pp̄ coar-
ctationē sanguinis ⁊ opillationē meatuum.
¶ Et parū q̄dē cōtingit vt phlegmō sit sim
plex sed s̄ʒ plurimū ei associat̄ herisipila aut
durities aut furiositas. ¶ Et hēt cās de qui
bus sunt antecedētes corp̄e ex repletiōe aut
malitia humoꝝ cū debilitate mēbri recipiē-
tis lʒ non sit repletio neq̄ʒ malitia humoꝝ.
¶ Et de eis sunt primitiue sicut cōtusio aut
incisio aut fractura aut dislocatio aut vlcera
q̄ multiplicāt̄ in mēbro q̄re declinat ad ip̄m
materia pp̄ dolorē ⁊ debilitatē ⁊ fortasse de
clināt ad ip̄m materie ⁊ retinēt̄ in vijs q̄ sūt
debiliores sicut accidūt cū vlceribus ⁊ scabie
apāta in locis vacuis. ¶ Et augmētū q̄dem
eius declarat̄ additiōe magnitudinis ⁊ ten-
siōis ⁊ status ipsius p̄ finē eius ⁊ illic aggre
gat̄ materia si debet aggregari ⁊ declinatio
incipit tendere ad lenitatē ⁊ debilitatē. ¶ Et
mala est q̄ nō tēdit ad declinationē neq̄ʒ ag
gregat saniē ⁊ hm̄oi q̄dē p̄ducit ad mortem
mēbri ⁊ putrefacit ip̄m. ¶ Et multotiēs q̄dē
fit illud pp̄ magnitudinē apātis ⁊ multitudi
nē materiei ipsius. ¶ Et multotiēs fit illud
cā malignitatis materiei si apā fuerit paruū.
Et tu q̄dē scis illud q̄d rarificat̄ qm̄ pulsatio
incipit in tēsione ⁊ inflātio incipit in sedatio
nē. Et scis illud q̄d aggregat̄ p̄ additionem
pulsatiōis ⁊ caliditatis ⁊ fixionē vtriusq̄ʒ. Et
scis illud q̄d putrefit pp̄ digestionis difficul
lignum inflāmari nō potest. Quū ergo ani
ma habuit spiritum perfecte dispositū ad re
cipiendum letificantiū causaꝝ impressiones
modica ex cā letatꝰ ꝑꝑ qđ in bibentibus lau
dabile vinū letitia multiplicatur in tantum
aliquando q̄ putantur sine causa ridere quū
tamē ita nō sit. Et eni ipossibile ē q̄ i aliq̄ re
fiat ipressio sine aliquo ipressore. Sed cā ē q̄a
vinū qñ bibetꝰ moderate copiosū generat spi
ritū moderate cōplōnis ⁊ substātie ⁊ vehem̄
tis luminis ⁊ splendoris vnde ad letitiā valde
dispōitꝰ. Et idcirco valde letificat ob minimā
causaꝝ sciscitātiū ⁊ recipit ipressiones ex cau
sis vtilibus i p̄sēti fortius q̄ẜ ex causis vtili
bus i futuro. Et ex causis conuenientibus de
lectatiōi amplius quā ex causis ꝯducētibꝰ ho
nestati. Et similiter recipit tūc impressionē a
causis que cōgruūt potius ad generādū opi
nionē q̄ẜ solidū itellectū. Et huius q̄dē cā est
q̄a virtus aīe suā i cerebro exercet actionem
⁊ exigit spūz tp̄ate hūiditatis vt obediat mo
tui cogitatiōis ⁊ exercitio itellectus. Tūc aūt
ē vehemētis hūitatis ⁊ nimis motus ꝓpter
mistiōm vapoꝝ ascendentiū ⁊ inundāciū ibi
immoderate hūectantiū ipsū. q̄ẜobrem nō ob
tēꝑat itellectui nec motibꝰ cogitatōis nisi i re
bus valde mālibꝰ ⁊ corpeis nō i rebꝰ substā
tialibus valde ⁊ spiritualibus ⁊ cū i stabilita
te seu agitatione ipsius non obedit formatio
ni seu presentationi reꝝ spūalium sed forma
tioni tantum valde corporalium rerum. vn
de veritas seu perfectio sui opis apud cogni
tionem valde debilitatur ⁊ retrahitur intelle
ctiua virtus adeo tantuz quantum exigit aut
procurat: dispō enim donec ad temperamen
tum eius complō reducatur ⁊ ipsius inunda
tio quietetur quia enim virtus anime que in
corde est vehementis existit dispōnis ad gau
dium ⁊ non perueniunt ad eam letificantia
vsitata inter sensum ⁊ phātasiā aut ēt cogita
tionē quibus opus aīataꝝ virium roboratur
ꝑꝑea q̄ diximꝰ tūc ꝯcomitarił spūm q̄ fortio
ra sūt i eo.ſ.excessus hūitatis ⁊ iundatio idcir
co tunc sēsus dn̄atꝰ iteriori spūi ⁊ supra motū
eiꝰ efficitꝰ itellectu potētior itellectꝰ aūt qñ cō
tra se illū spūm iuenit sic ꝓteruū iuuatꝰ sensu
⁊ subijcit ipsū sicut i geometricis ⁊ ceteris sci
entijs fit. Quādo igitꝰ res taliter se habet di
minuitꝰ i anima potatoris impressio honesto
rū ⁊ intelligibiliū ⁊ p̄ualet impressio letifican
tium dulcium ⁊ delectabilium sensibus pre
sentium maxime. Et quoniam e st dispositio
fortis idcirco sufficit ad letificandum debi
lissima causa sicut in pueris pꝫ propter quod
putatꝰ q̄ sine causa letentur quū tamē sit ipos
sibile. q̄nimmo causaꝝ gaudij ⁊ tristitie q̄dā

sunt fortes quedã sunt debiles quedã cognite siue manifeste: qdã icognite siue oculte. Earũ vero q̃ incognite sũt siue oculte plures sũt assuete quãto eni amplius assuete sũt tãto minus ꝑcipiũtur. De causis autẽ gaudij et letitie fortibus ⁊ manifestis nõ ẽ necessariũ facere mẽtionẽ. Alie vero sũt sicut intuitus celi iter letificãtes cuiꝰ signũ ẽ qa ꝯtrariũ tristitiã causat. s. in tenebris ꝑmanere aut sicut cõuersari cũ similibus cuius signũ ẽ ꝙ solitudo attristat. De letificãtibus similiter obtinere desideratũ ⁊ explere intẽtionẽ ſm exigẽtiã intẽti sine ipedimẽto. Et ꝓpõere facere gcꝗꝫ placidũ et similiter cõfidẽtia ⁊ memoria ꝑteriti delectabilis et futuri et spes et meditatio in rebus ambitiosis et mutua cõfabulatio dilectoꝝ ⁊ euasio a tormẽto et extranietas rerũ ⁊ admiratio et eleuatio mẽtis et obuiatio amicoꝝ ⁊ amicabiliũ vicinoꝝ. Qñqꝫ delusio ⁊ defraudatio et victoria i minimis rebꝰ ⁊ multa ꝯsimilia quoꝝ mẽtio fit i libris rhetoꝝ ⁊ moraliũ q̃ inquã oia diuersificãtur i gẽtibus ſꝫ affectus cõsuetudines et etates. nec aliqs ab eis reperiť omnimode vacãs: nec cõtingit similr vt cause communiter letificãtes in duplo plus aut amplius letificent ceteris nisi pro tãto qa dispositio quãdoqꝫ vehemẽter respicit alterũ oppositoꝝ nõ patitur a causis alterius nisi fuerint valde fortes patitur tamen a causis suis et si fuerint debiles. Et propter hãc causã in ebriosis durat letitia. Et i mlicis habẽtibus spũs tenebrosos ꝑdurat tristitia leuius ex causis desolationis et tristitie sicut rememoratio distãtis patrie naturalis et reminiscentia multoꝝ nocumẽtoꝝ iã diu ꝑteritorũ et odia seu rancores et difficultas sanationis ⁊ onerosa cõuersatio et imaginatio terribiliũ futuroꝝ et ꝓprie necessitatis mortis a qua se auertit itellectꝰ et itelligẽtis discretio quã sit i euitabile mori. Et cogitatio sollicitãtis meditatiõis i aliq̃ ⁊ sepatio ab occupatio ne placẽti ⁊ cogitatio distractõis ab ea ⁊ distractio a desiderato seu a volito ⁊ mlta alia cõsilia ⁊ aliqua q̃ nequeunt cõprehendi: hec eni ⁊ cõsimilia contristant de facili animam dispositam ad tristandum. Amplius i mlico fortitudo imaginationis contristantium rerum facit ei apparere ꝙ iam sit in actu res cuius similitudo anime representatur: ⁊ idcirco i cõtinua perseuerat tristitia. Fortitudo aũt imaginatiõis causatur ꝑꝑ siccitatẽ spũs ꝗuis letificet motũ eius ⁊ etiã qa intellectꝰ a sensu ⁊ phãtasia distrahitur ab actibus ratiõis ꝑꝑ corruptionem cõplexionis spiritus qui proprie mouetur secundum exigẽtiã disponẽtis cõplexionis et qualitatis pessime ⁊ obscure.

¶ Capitulum sextum in quo ostenditur ꝙ vnaqueqꝫ passio cordis disponitur ad generationem sui ipsius.

Non est aũt opinandũ ꝙ ois cã disponẽs ad gaudiũ vl' tristitiã imediate cõiungatur substãtie spũs sicut ꝗtitas eiꝰ ⁊ q̃litas imo alias eẽ cõtingit cãs a ꝗtitate ⁊ q̃litate spũs vt pote aie passiones q̃ nihilominus disponũt ad alteꝝ ꝑdictoꝝ ꝗuis hoc faciãt mediãtibus causis intrinsecis ipsi spiritui. s. ꝗtitate ⁊ q̃litate ipsius: hoc ẽ qa temperãt ꝯplõnẽ ipsius aut rectificãt spũm ⁊ multiplicãt ꝗtitatẽ ⁊ sic disponũt ad gaudium: aut accidit eis cã ꝯtraria ⁊ sic ad tristitiã cõtrario mõ disponũt: sunt ergo cause exteriores primarie ⁊ remote. Inherẽtes vero ad rõnẽ vnicã deducũtur ⁊ est: qa ois actio cõtrariũ habẽs si sepius iteretur reddit virtutẽ eius cuius est potẽtiorẽ ad iprimẽdũ effectũ ois aũt fortificatio virtutis fit qdã dispõ ad effectũ hoc ãt sufficiẽter iductõe mãifestatur. Eteni corpus si plures calefiat disponitur ad calefactionẽ velocẽ silr si pluries infrigidetur: aut rarificeť: aut spissetur ⁊ in interioribus virtutibus accidit illud. Eteni ex sequẽti actiõe ⁊ passione fortes habitus gñantur in eis sic enim morales habitus acqrũt huius aũt causa forsitã est quia passio adueniens rei frequenter efficitur cõueniens substantie eius. qđ aũt est alicui cõueniens suo contrario disconueniens est. Si ergo sepius iteretur diminuit dispositionẽ ad illud ꝯtrariũ expellendo id quod est cõueniẽs illi. hec igitur est declaratio supradicti ꝑ inductionẽ manifestare vero illud sygillo ex ꝑ se notis accepto ⁊ demõstratiua ratione valde prolixum est. Sed ex predictis colligitur ꝙ letandi frequentia disponit spiritum ad letitiaꝫ et tristandi frequẽtia ad desolationem ⁊ tristitiam. Cause vero huius ſm naturalem perscrutationem est quia letandi frequẽtia duo consequũtur. Et primum. s. fortificatio naturalis virtutis. Secundum vero rectificatio spiritus quam in letitia propter dilatationẽ acquirit. Confortationẽ vero naturalis virtutis hec tria cõsequuntur quorũ quodlibet

est causa letitie. Primū temperamētū spūs. Scdm vero multiplicatio gn̄ationis ipsius supra illud qđ ex eo dissoluit. Tertiū ē cōseruatio ipsius a dissolutione supflua. Rarificationē spūs ɔsequūt duo vz dispō ad motū ⁊ dilatationē pp subtilitatē substātie eius. Et sm ē attractio nutrimēti ipsius pp motū dilatationis in diuersā ptē motui nutrimenti. Ista aūt natura est inclinatio naturalis corporis ad euitādū vacuū. De nā eniz est talis motus vt in ipso motu succedere faciat posteriora prioribus. Et sm hāc naturā trahūtur aq̄ valde distātes vsqz ad primos fluxus ipsaꝝ ⁊ vēti sil'r ⁊ cutis etiā a vētosis. ⁊ aque iteꝝ in fistulis. Tristādi vero freq̄ūetiaz duo ɔsequūt vz debilitas nālis virtutis. Et sz. s. inspissatio spūs pp frigiditatē accidētē apud extinctionē caloris naturalis causatam a vehemēti coadunatiōe ⁊ coarctatiōe spūs. Ad hec vero duo sequūtur ɔtraria eoꝝ q̄ paulo ante iā diximus. Est igit manifestū q letādi freq̄ntia dispōit spūm ad letitiā ⁊ tristādi ad tristitiā. Et q i dispositis ad letitiā ⁊ tristitiā nō iprimūt nisi fortia sint letificātia tn̄ debilia imprimūt ⁊ simil'r in tristitie fit ecōuerso.

Capitulum septimum de differentia debilitatis cordis seu pusillanimitatis et tristitie ⁊ eorum contrarijs.

Debilitas cordis ⁊ tristitia quā qdā vocāt ɔstrictionem pectoris siue cordis similia q̄tdiu sūt ⁊ nihilominꝰ differūt. Et idē sil'r est iudicū de ipsoꝝ ɔtrarijs. s. fortitudie cordis ⁊ letitia quā qdā appellāt dilatationē pectoris siue cordis. Latet aūt dr̄ia iter ista ꝓpterea qa ad alterutra cōiter ɔsequūt: putat etiā de duobus primis q sint passiue dispositiōes: de alijs vero duobꝰ q sint actiue. attamē iter extrema vtriusqz ɔtrarietatis ē dr̄ia manifesta. prio qdē qa nō ɔsequūt ad inuicē: nō eni ois debilis corde ē tristis: nec ois tristis corde debilis cordis est p cōparationē ad rē cōtristantē. Sil'r iteꝝ nec ois fortis corde est gaudēs nec etiā ecōtrario. Secūdo vero qm̄ ipsoꝝ rōnes sūt differētes: debilitas eni cordis est dispō sumpta respectu terribiliū reꝝ qm̄ est in potētia tollerādi res illas. Tristitia vero sumit respectu ɔtristātiū reꝝ qm̄ est paucitas tollerātie ipsaꝝ a corde ⁊ terribile nocitiuū qdē ē cordi: tristās vero nocitiuū aie ē. Tertio sil'r differūt q̄tū ad cōsequētia q̄ sunt aie: nā debilitas cordis mouet ad fugā tristari vero seu cordis strictura mouet ad resistentiā siue ad repellēdū ⁊ causat effectū eius qđ est ɔtrariū fuge. s. inuadēdi. ꝑterea debilitas cordis tepescere facit motiuas virtutes: tristitia vero excitat ⁊ mouet easdē ⁊ sic in debilitate cordis due sūt passiones. s. vna lesiōis ⁊ alia desiderij siue affectꝰ. In tristitia vero vnica est passio. s. nocumēti vel lesionis nec natural'r seqtur eā affectꝰ ad fugā imo forsitā eligit ipsa fuga pp aliqđ accidēs absqz appetitu inclināte ad recedēdū. Et si dicat appetitus est electio ⁊ nō naturalis aut forsitā eliget inuasio ⁊ repugnantia ⁊ nō fuga. Quarto iteꝝ differūt q̄tū ad cōsequētia q̄ corporis: sūt debilitatē nāqz cordis apud obuiationē ꝓprij nociui seqtur remissio naturalis caloris ⁊ victoria frigoris. Tristitia vero apud obuiationē ꝓprij obiecti vl nociui inflāmatio naturalis calitatis. Quinto etiam differūt penes causas dispositiuas ad cordis nāqz debilitatez nimia subtilitas spiritus disponit ⁊ frigiditas complexionis ipsius ad tristitiam vero densitas spiritus ⁊ caliditas sue complexionis.

Capitulū octauū q̄liter sanguis sm sui diuersitatē causat differentes passiōes cordis.

Sanguis abūdās ⁊ clarus ⁊ addite caliditatis pp multitudinē sue inflāmationis ⁊ velocitatez sui motus disponit ad irā: abūdans aūt ⁊ clarus ⁊ temperatus qm̄ ex eo gn̄at copia clari spūs ⁊ substātie laudabilis ⁊ temperate cōpl̄onis dispōit ad gaudiū. Sanguis aūt subtilis ⁊ clarus ⁊ aquosus ⁊ frigidus dispōit ad timorē ⁊ cordis debilitatē ꝑpea qa spūs ex eo gn̄atus est grauis motus ad extra ⁊ inflāmationis modice pp frigiditatē ⁊ humiditatez illius ⁊ iō nō dispōit ad letitiaz nec ad irā ⁊ quū sit celeris resolonis pp suā subtilitatē: ē etiā gn̄atiōis exigue pp frigiditatē. Sanguis aūt grossus ⁊ turbidus ⁊ addite caliditatis disponit ad tristitiaz ⁊ ad irā etiā ꝑdurātē. Ad tristitiā qdē qa generat ex eo spūs turbidus. Ad iram vero qa velociter inflāmat pp caliditatē suā aut efficit firmā irā est spissitudo eius. Spissuz eni q̄n calefit tarde infrigdat. ita vero causata ex sanguie colerico ⁊ subtili velociter excitat ⁊ delet pp intēsam caliditatē spūs ex eo gn̄ati ⁊ eius tenuitatē: si vero cū hoc splendidus ⁊ clarus fuerit sanguis ē ēt letificās. Sāguis āt grossus ⁊ addite caliditatis nō tn̄ turbidꝰ

qȣ raro cõtigit efficit hoiem nõ triſtem ſed audacẽ ⁊ fortis cordis ⁊ eſt modice ire ꝓpterea qa letitia frãgit irã ⁊ triſtitia diſponit ad eã. Ira.n.ẽ mot⁹ ad expellẽdũ letitiã q̃ vere delectatiõi ꝯueniẽtia ſũt. In delectatiõe vero fit q̃ſi motus ad attrahẽdũ idcirco in tali hoie ex reb⁹ magnis creaẗ ira ⁊ ẽ vehemẽs pp ſpiſſitudinẽ ſpũs eius ⁊ pp etiã eãdẽ cãz eſt parui timoris. Sanguis ãt groſſus ⁊ addite frigiditatis ⁊ nõ turbidus nec triſtabilẽ nec iocũdũ efficit hoiem nec etiam fortis ire ſed ẽ mediocriter timidus ⁊ eſt etiã hebes ⁊ ſincerus in oibus rebus pp ſimilitudinẽ ſui ſpũs ad ſanguinẽ eius. Sanguis ãt groſſus ⁊ addite frigiditatis ⁊ turbid⁹ facit hoiez deſolabilẽ ⁊ triſtabilẽ ⁊ etiã lẽte ire niſi ex forti cã. Et eius ira minus ẽ firma q̃z in calido ⁊ habẽte ceteras cõditões hmõi ſilr̃es firmior tñ ẽ i eo q̃z in ſanguie ſubtilis ſubſtãtie proinde eſt hõ rãcoris aut odij. Odiũ eni ẽ pſeuerãtia forme nociui in imaginatiõe ſeu phãtaſia ⁊ perſeuerãtia ſimul imaginatiõis affectus ad vindictã ſumẽdã ex eo: hoc aũt ẽ iõ qa ira ẽ quodãmõ firma ⁊ motus ad vindictã nõ valde fortis. Et ꝙ etiã ira nõ ẽ cõtra valde fortẽ nec ꝯtra debilẽ valde. Sciẽdũ ẽ eni ꝙ ira qñ ceſſat velociter nõ perdurat in imaginatiõe ſeu phantaſia forma nociui ſed cito deleẗ ⁊ iõ nõ cauſat rãcorẽ. Et ſilr̃ qñ ẽ affectus ⁊ mot⁹ ad vindictã valde fortis. accidũt duo ꝓhibẽtia odiũ ſeu rãcorẽ quoꝝ vnũ eſt qm̃ aia qñ totaliter ad vindictaz trahiẗ ⁊ moueẗ auertiẗ a ꝯſideratiõe cõditionũ nociui ⁊ eoꝝ q̃ ſequũẗ ad ip̃m ab inſtãtia formationis memorie. De natura eni motiue virtutis ẽ vt ab apprehẽſis nociuis retrahat aia ⁊ etiã ecõuerſo. Sciẽdũ vero ꝙ qñ valde intendiẗ affectus ad vindictã in aliquo ⁊ nõ ingrediẗ ip̃m timor ꝑuenit ad hoc ex affectus inſtãtia vt efficiaẗ queſitũ q̃ſi apprehẽſuz ⁊ iã obtẽtũ apud imaginationẽ ipſius. Quũ eni aliqs virtutis mot⁹ itẽdiẗ ⁊ verſus illud feſtinat valde repſentat illud imaginatio q̃ſi obtẽtũ ⁊ iã exiſtẽs. Quũ vero i imaginatõe imprimiẗ forma q̃ſiti ſiue ȣſiderati ſicut forma iã exiſtẽtis ⁊ ad eã ꝑuenit forma ei⁹ ſicut forma rei ad quã terminaẗ mot⁹ ceſſaẗ affectus ab imaginatõe ⁊ deleẗ i eo forma ita ꝙ i memoria nõ ꝑdurat ⁊ iõ nõ fit rãcor nociuũ vero qñ ẽ magnũ ſicut res aliq̃ magni timoris tũc deſpatio de vidicta obtinẽda ⁊ timor ꝓhibẽt fixionẽ i aia forme deſiderij ad vindictã ꝓinde deleẗ repſentatio forme deſiderij ⁊ forme nociui ab imaginatiõe ſeu phãtaſia quinimo repñtaẗ forma timoris exiſtẽtis i aia ꝓpide ẽt ibi repñtaẗ forma ȣſiderij ad fugã ñ ad inuaſionẽ ⁊ iõ tũc in aia nõ ꝑdurat forma rãcoris. De pueris aũt ⁊ debilib⁹ qa facilis eſt poſſibilitas ſumẽdi vindictã ab eis ⁊ modicũ timeẗ repñtaẗ ac ſi iã fuiſſet accepta. Et eni nimia lenitas accipiẽdi vindictã repñtaẗ apȣ imaginationẽ q̃ſi obtẽtũ ⁊ iã exñs: imaginatio aũt mouet nõ ſm id qȣ i re ſed ſm id qȣ i ea repñtaẗ ⁊ iõ quũ apud eã vindicãdi leuitas pñtaẗ q̃ſi obtẽtũ reputaẗ vidicatio ex debilib⁹ ſicut accepta ⁊ idcirco incõtinẽti cadit affect⁹ ad eã ⁊ oino deleẗ. Qȣ aũt imaginatio moueat ſm repñtata nõ ſꝫ exigẽtiã reꝝ manifeſtaẗ ex eo ꝙ hoies mel abhorrẽt qñ apud eos aſſimilaẗ euomite colere. Silr̃ cibos laudabiles atq3 ſapidos qñ colores eoꝝ aſſimilãẗ colorib⁹ horribiliũ corpoꝝ ⁊ ẽt forma formis q̃zuis ẽt talia nõ eẽ credãtur. Silr̃ in ꝓpoſito qñ q̃dã ſilr̃tudo rei ſupradicte repñtaẗ ſiue pp vehemẽtiã mot⁹ deſiderij ſiue pp leuitatẽ acq̃ſitõis deſiderati tãq̃z eẽt obtẽtũ afficit ac ſi iaz realiter eẽt ⁊ iõ nõ fit rancor. Sic ergo ex p̃dictis eſt manifeſtũ ꝙ inter complexiones ſuperius nominatas vltima eſt valde diſpoſita ad rancorem.

¶ Capitulũ nonũ de differẽtib⁹ modis letificandi ⁊ confortandi repertis in medicinis.

MEdicie letificãtes letificãt qdẽ pp aliq̃z ſupradictaꝝ cãꝝ vtpote vel qa nutriẽdo reſtaurãt ſpũm ſicͣ vinũ. Aut p̃bẽt ei ſplẽdorẽ ⁊ lumẽ ſicut margarita ⁊ ſericũ cũ potẽtia abſtergẽdi quã hñt aut ꝯgregãdo ⁊ ꝓhibẽdo celerẽ diſſolutionẽ ipſi⁹ ſicut emblici ⁊ karabe. aut tꝑando ꝯplonẽ ſiue cũ caliditate vt dorõicũ ſiue cũ frĩtate vt cãfora ⁊ aq̃ roſ. aut ꝯfortãdo p delectabile ꝯplonẽ ipſi⁹ ſicut ſuauia aromatica aut ſeq̃ſtrãdo mlicũ ⁊ turbidũ hũorẽ ab eis ſicut bugloſſa ⁊ lapis lazuli ⁊ illud ſepati vt dictũ ẽ aut cõiũctim ſicut ſi cõiũgaẗ corallus ⁊ karabe ⁊ bugloſſa quẽadmodũ docebim⁹ in capl̃is vltimis hui⁹ libri. Aut forte letificãt pp ꝓprietatẽ inatã ſicͣ iacinth⁹ ꝓprietas aũt q̃nq3 ꝯiũgiẗ alicui p̃dictaꝝ cauſaꝝ ſicut i muſcbo ⁊ ambra hec eni letificãt cũ ꝓꝑetate q̃ iũgiẗ aromaticitati refocillãti ſpũs ſilr̃ ẽt ſucc⁹ matianoꝝ ipſe.n.letificat cũ ꝓꝑetate ⁊ qñ ſpũs ꝯplo ẽ caſa val

de letificat fit qdez cũ ꝓprietate ignota ꝛ cũ aliq̃ cã ex cognitis vꝫ cũ frigiditate dorõicũ fit qdem cũ ꝓprietate letificat ꝛ qñ spũs cõpl'o frigida est letificat ẽt cũ ꝓprietate simul tpando cõpl'onẽ ꝑ calefactionẽ. Supradictarũ aũt illa q̃ ꝓprietati cõiũgit' qñqꝫ est vl'is qñqꝫ ꝑticularis illa ergo q̃ vl'is ẽ nulli⁹ eget repssiõe in aliq̃ cã debilitatis cordis aut tristitie q̃lis cã est aromaticitas. Si vero ꝑticularis fuerit i aliq̃b⁹ eget repssiõe sicut frigiditas succi vel sirupi matianoꝝ q̃ in quã letificat i vna cõpl'one ꝛ nõ in alia. Quũ ergo qs infrigida cõpl'one vti ꝓposuerit ad letificandũ sirupo matianoꝝ frãgere oꝫ cũ calefaciẽtibus ipsius frigiditatem. Erit aũt rectius si frangit' cũ calefaciẽte qd' etiã ex ꝓprietate letificat sicut si misceatur cũ sirupo matianoꝝ aliqd muschi vel ambre qñ ꝺm intẽtionẽ curatiõis ad letificationẽ ꝓpinat' frigidã cõplexionẽ habẽti. Ad qualitates aũt ꝯuenientes cũ substantie naturali appetitu inclinant' virtutes quaꝝ ꝓpria sunt obiecta sicut sũt aromaticitas ꝛ dulcedo. hec eni desiderãt olfatiua ꝛ gustatiua ꝛ naturalis virtus etiaꝫ inclinatur naturaliter ad ipa. Duraꝝ eni medicinaꝝ equaliũ in virtute dulcior qdẽ ꝛ aromatica magis efficatioris est iuuamẽti ꝛ ꝓpterea q virtus attractiua mẽbroꝝ recipit fortius ꝛ spiritus celerius inde nutritur si potẽtiã habuerit nutriendi ꝛ ab ea celerius patit' inquãtũ ẽ medicina. verũtñ subiectũ aromaticitas ẽ subiectiue substãtia vaporosa siue sumal'. subiectũ ãt dulcedinis ẽ spissa substãtia terrestris ꝛ iõ aromatica magis ꝯgrua sunt nutrimẽto spirituũ dulcia vero corpis nutrimẽto ꝓinde etiã i cordialib⁹ nutrimẽtis poti⁹ exigit' aromaticitas q̃ꝫ dulcedo qñ cor est miera gñatõis nutrimẽti spirituũ. Epar aũt qa ẽ minera gñatõis nutrimẽti corpis exigit i nutrimẽtis ipsi⁹ de aromaticitate min⁹ ꝛ ꝺ dulcedie plusq̃ꝫ i corde. aromaticitatis ãt exigit' i eis. Idcirco qa epar ẽ minera spũs naturalis. nõ qdẽ minera gñatiõis ipsi⁹ apud cõtẽplatores veritatis sed tãtũ minera receptiõis ꝛ sedes. apud tñ artificẽ medicine sic. Spũs eni naturalis iclinat' ad aromaticitatẽ ꝛ cõfortat' ꝛ refocillatur ab ea cõiter inde virtutes naturales ꝓculdubio cõfortantur.

¶Capitulum decimuꝫ de proprietate quid sit ꝛ quantum differat a naturalitate.

Proprietas est in veritate nihil aliud q̃ꝫ natura. Natura vero est principium motus quietis i rebus i qb⁹ sũt ꝑ se cunctarũqꝫ operationũ ꝑ se cõuenientiũ eis ꝛ ꝓpriarũ verũtamẽ differt ꝓprietas a natura sicut propriũ a cõmuni. vulgaris aũt opinio est q differãt sicut opposita: verũtamẽ nõ ẽ sic. sed veritas quidem ẽ q in elementis que ꝯponentia sũt generabiliũ ꝛ corruptibiliũ corpoꝝ prio causant' q̃dã virtutes actiue ꝓut erũt i statu simplici. s. prout sunt ignis ꝛ aer ꝛ aqua ꝛ terra. Secundo vero cãtur alie in cõmistis causata compl'one mediante qua disponuntur ad receptiõem earum ꝺm quãcunqꝫ duaꝝ opinionũ quaꝝ qdẽ vna ẽ q i generatiõe formarũ dispositiões itroducunt'. Alia vero q oẽs formaꝝ dispões iherẽt materie vel hyle ex sui primordiali origine. Sed qñ aliq̃ ex formis aduẽit materie ꝓhibet siue ligat aliarũ formaꝝ dispões. Quũ vero alia forma superuenit auferẽs exñtẽ cassãdo illã cassãt dispõnes ꝓhibitiõis ipsi⁹ ꝛ tũc tertio hyle ad nãlẽ potẽtiã dispõnis egreditur: sed q̃litercũqꝫ sit hoc ẽ veꝝ q a forma hmõi ꝑfectius manat i cõposito virtus q̃ nequit i simplicib⁹ inueniri ꝛ q dispositio ad receptionem illius completur post commistionem simplicium uerbi gratia sicut est in magnete virtus attractiua ferri quam nulla elementarium virtutum inuenitur habere. Sed exitus eius est a manatiõe diuina ꝓcedẽte i oib⁹ reb⁹ ꝛ ꝓducẽte cõctas virtutes de potẽtia i actũ siue cũ dispõne pria sic i elemẽtis siue cũ dispõne ꝺa q̃ ẽ cõpl'o i cõpositis seu cõmistis: ipsa eni disponit ad receptionẽ ꝑdicte virtutis ꝛ nõ ẽ ipsamet virt⁹ nec forma ipsius. Et eadẽ qdẽ ẽ rñsio ad qõnẽ ꝺ ꝓprietate factã: q̃ ẽ rñsio facta ad qõnẽ de nã: sic eni qñ q̃rit' ꝓpter qd ꝯburit ignis nemo põt al'r dicere vel respõdere q̃ꝫ ꝓpter caliditatẽ ꝛ hoc qdẽ nihil aliud dicere ẽ q̃ꝫ qa hꝫ ꝑ naturã caliditatem cõbustiuã. Sil'r si dicat' q̃re magnes attrahit ferruꝫ nõ põt qdẽ aliter rñderi q̃ꝫ q dicat' q naturalẽ hꝫ virtutẽ attractiuã ipsi⁹. Ex quo pꝫ quoniã sic sciẽs q ꝓpter caliditatẽ cõburit ignis est sciẽs ꝺm veritatẽ ꝛ nõ ẽ ignorãs. Similiter ꝛ qui scit q magnes attrahit ferrũ qa virtutem hꝫ cui⁹ natura ẽ attrahere ferrũ sicut natura virtutis que nominatur caliditas est in igne cõburẽs proculdubio sciens est non ignorãs. sed cõbustiua qdẽ virtus nomẽ hẽt appropriatũ: alia vero nõ: ꝛ ẽ etiã cõiter alia

via q̃ſi extranea nec opinãdũ ẽ ꝙ rei ꝑfecta
notitia ꝑ hoc nomẽ habeat̃ adeo ꝙ ſine ipſo
haberi nõ poſſit vllo mõ qm̃ notitia ĩpoſiti
nois nõ tollit ignorãtiã quã ĩducit extranei-
tas rei. Predicta reſpõſione nõ ſunt cõten
ti vulgares iõ ꝗa ſupponit̃ apud eos ꝙ ois
opatio ꝓcedẽs a corpore fiat a caliditate vel
frigiditate vel hũiditate vel ſiccitate aut gra
uedie aut leuitate aut motu vł aliquo ex his
q̃ in ſimplicibus manifeſte inueniũtur. Quũ
ergo actio nulli attribuit̃ ꝑdictoꝝ nec eſt ſen
ſu manifeſta ratio ꝓceſſus eius ab illo cor-
pore putant ꝙ oia principalia eiꝰ ignota ſint
quũ tñ nõ ita ſit. Eteni intelligens bene ſcit
ꝗa ꝓcedit vel a virtute naturali vel aiali vel
intellectiua vel accidentali. Cetera q̃ dicũtur
ſuꝑ actione magnetis.ſ.ꝙ trahit cũ calidita-
te ſua vel frigiditate vel aia vel cũ emiſſione
corpoꝝ curuoꝝ ad modũ hami vel cũ ſimili
tudine quã natura eius habet cũ natura fer
ri vel cũ vacuitate q̃ eſt in ipſo oia inq̃z falſa
ſunt quoꝝ falſitas cõſideranti veritatẽ leuiſ
ſime reuelat̃ magnes.n.adipiſcit̃ virtutẽ fer-
ri attractiuam cũ complexione: ſicut planta
acquirit cũ complexione nutritiuam virtutẽ
nec ignorantia de iſta virtute quare potius
in magnete q̃z in aliqua re alia iuenitur ma
ior ſit q̃z ignorantia in alijs rebus. Hec eni
ignorãtia in duobus cõſiſtit. Quoꝝ primũ ẽ
ignorãtia factiuorum.ſ.principiorum produ-
centium hanc virtutem in eſſe: hec aũt igno
rantia nõ magis appropriat̃ huic virtuti q̃z
cuilibet cognite nature. Scõz vero ẽ ignorã
tia receptibilium dubitare de cã ꝑꝑ quã ad
receptionẽ virtutis huiꝰ diſponit̃ plus q̃z ali
qđ corpuſ. Et hec ſilr ignorãtia nõ ẽ magis
ꝓpria huiꝰ virtutis q̃z aliaꝝ naturaliũ rerũ
talis.n.ignorãtia eſt in nobis de coloribus ⁊
odoribus ⁊ virtutibus aie ceteriſq̃z ſimilibꝰ
de oibꝰ eni his rebꝰ ſcimus qm̃ ad actũ eẽn
di ꝑueniunt a principijs actiuis quoruz cau
ſa deus eſt benedictus: ⁊ ſcitur etiam quoni
am illud eſt propter appropriationem mate
rie cauſa diſpoſitionis ſequentis complexio
nem: ponimus etiam proportionem ſimpli-
cium cauſare cõplexionẽ aliã quã qdẽ ꝓpor
tionem ſimpliciũ huius cõmiſtionis ignora
bimus q̃zdiu viuemꝰ in hoc mũdo. vñ patet
qm̃ ignorantia cauſaꝝ pro vẽtus huius vir-
tus in magnete: non eſt mirabilior q̃z igno-
rãtia cãrũ diſponentiũ res ad rubedinẽ aut
citrinitatem aut corpus aut animã. Sed a re
bus qdẽ conſuetis admiratio cadit ⁊ negligit
ania de ipſis ĩquirere. qđ aũt raro eſt excitat
admirationẽ ⁊ ĩducit ad ingrẽdũ ⁊ ad ſpecu-
lãdũ de cauſis eiꝰ. In ſũma ergo ꝓprietas ẽ
natura inuẽta i ꝯmiſtis corporibꝰ ꝓcedẽs in
eis a ſuꝑna ⁊ pleniſſima iſluẽtia ꝑꝑ ꝯplone
ꝓpriã vel ꝑꝑ diſpõnẽ materie paſſe q̃ ꝑticu-
larẽ ⁊ ꝓpriã diſpõnẽ acquiret. Eteni loquen
dũ ẽ ſm̃ veritatẽ de ꝓprietate corpoꝝ cõmi
ſtoꝝ verũtamẽ ſm̃ cõſuetã opinionẽ differt
ꝓprietas a natura quoniã ꝓprietas dicitur
virtus cõmiſtis inuẽta corporibꝰ a q̃ ꝓcedit
in alio corpore actio inſueta q̃tũ ad maniſe-
ſtã naturã. Dicit̃ vero nã virtꝰ q̃ corpora ſim
plicia operant̃. de hoc igit̃ ad tãtũ ſe extendit
cognitio vulgariũ ⁊ debiliter ꝑſcrutãtiũ veri
tatem: ꝙ ſi ignis eſſet res difficilis inuentio-
nis ⁊ de lõginquis ꝑtibꝰ afferret̃ admirare
tur vtiq̃z vulgus de ꝓprietate eiꝰ amplius q̃z
de ꝓprietate corpoꝝ ceteroꝝ ⁊ inquireret at
tẽtius de cauſis ꝓprietatis ipſius q̃z de cau
ſis aliarũ ꝓprietatũ quoniã ipſius operatio-
nes valde mirabiles ſũt. Eteni ꝑſẽtia eius ex
trahit viſũ de potẽtia ad actũ ⁊ tãgi ſe ꝓhi-
bet ⁊ aſcẽdit ſurſũ ⁊ aſcẽdere facit ea q̃ vince
re poteſt ⁊ generat̃ ex modico ipſius in vna
hora q̃titas magna ⁊ corrumpit omne illud
cui obuiat ⁊ trãſmutat ad ſui ſubſtãtiam nec
eni minuit̃ ſi accipiat̃ ex eo. Et hec qdẽ in ve
ritate mirabiliora ſũt q̃z tractus ferri a ma-
gnete vel q̃z cetere ꝓprietates. Sed quoniã
iſta vſitata ſunt ⁊ quotidie apparentia cadit
ab eis admiratio ⁊ ſollicitudo perquirendi
cauſam ipſorum. Actio vero magnetis quia
rara eſt ⁊ inuſitata inducit admirationem ⁊
prouocat ad inquirendum de cauſa ipſius.

¶ Explicit tractatus ꝑmus. Incipit ſecũdus.

¶ Capitulum Primum de numero ⁊ notifi
cation virtutum medicinarum in genere.

Expedit vt tractar̃ volẽtes de
cõditiõibꝰ medicinaꝝ cordia
liũ memoremꝰ opa cuiuſlibet
ſpẽi ipſaꝝ ante tñ hoc cõueni
ens ẽ vt omniũ medicinaruz
vlr q̃litates ſz ordinẽ nume-
remꝰ diuidẽtes quoniã q̃litatũ medicinaꝝ q̃
dã inherẽt ipſis ſubſtãtijs medicinaꝝ ex ſe ſi
ue anteq̃z patiat̃ a corpe ſiue nõ. Quedã ve-
ro eis attribuũtur ꝑ compationẽ ad effectũ
quẽ in corpore derelinquũt ⁊ i his q̃ i ipſo re

periũtur. Qualitates aũt q̃ i ipsis substãtijs mediciaꝝ ratiõe sui attribuunt sũt verbigratia: caliditas: frigiditas: siccitas: hũiditas: subtilitas ꝛ grossities: ꝛ cõgelatio: viscositas: liqditas: minutio sapoꝝ ꝛ odoꝝ. Dr̃ aũt calida q̃ quũ passa fuerit a nãli virtute nr̃i corporis calefit p̃mo: deide calefacit postmodũ corpus nr̃m. Silr̃ itelligẽdũ ẽ de frigida sicca ꝛ hũida. Subtilis vero medicia q̃ postq̃ȝ passa fuerit a p̃dicta virtute i corpore nr̃o velociter in minimas ptes diuidit̃ q̃ȝtũ ẽ possibile sic cinnamomũ atqȝ crocus. Grossa vero dr̃ que huic ɔ̃ria ẽ sicut cucurbita ꝛ gypsũ. Coagulatiua vero medicia ẽ q̃ frigore coagulata calore dissoluit̃ ꝛ liquefit atqȝ calore dissoluta frigore coagulat̃. Medicina vero liqda ẽ cuius ptes de facili recedunt a loco in quo ponunt̃. Viscosa vero dr̃ q̃ tollerat extẽsionẽ absqȝ intercisione. Cõminuibilis vero medicina ẽ q̃ diuidi potest in minimas ptes a debili cã. qd aũt sit sapor ꝛ odor iã notũ ẽ. Qualitatũ aũt q̃ medicinis attribuũtur respectu impressionis que in corpore vel cõueniẽtib⁹ ei reliquit̃ quedã accipiunt̃ ab actionibus absolutis: q̃dã vero ab actionibus relatis ad ptes corporis spãles. Prie vero sũt q̃ signant̃ quũ dr̃ medicina subtiliatiua: aperitiua: relaxatiua: incisiua attractiua: mordicatiua: dissolutiua: abstersiua. ꝛ asperatiua. rubificatiua: vlceratiua: pruritiua: cõbustiua: corrosiua: putrefactiua. cauterizatiua: maturatiua: digestiua: inflatiua: frãgitiua ventositatis: ingrossatiua: inuiscatiua: lenitiua: lubrificatiua: constrictiua: expressiua: opilatiua: repercussiua: stupefactiua: confortatiua: incrudatiua: mortifera: corruptiua: seu venenosa: tyriacalis. Alie vero qualitates sunt que signantur quum dicitur medicina laxatiua prouocatiua vrine: aut sudoris inductiua: vel nauseatiua: vomitiua: retentiua: sanguinis aut vrine: constiptiua: cicatrizatiua vlcerum: generatiua ꝛ mundificatiua ipsorum: decoriatiua: excorticatiua. Ad distinctam autem cognitionem cuiuslibet qualitatum volumus explicare cuiuscunqȝ predictorum vocabulorum intentionem. Subtiliatiua ergo medicina est illa que substantiam humoris efficit tenuem leuiter dissoluendo cuȝ temperata caliditate. Dissolutiua vero medicina est illa que propter excellentiam sue caliditatis humorẽ diuidit sub forma uaporis ꝛ eius ptes extrahit successiue a loco in quo includitur donec consumatur. Abstersiua quidẽ est q̃ remouet a sup̲ficie mẽbroꝝ ꝛ orificijs pororũ coagulatas ꝛ viscosas humiditates. Exaspatiua vero est q̃ mẽbꝝ efficit in sup̲ficie diuersarũ partiũ quo ad sitũ ꝛ exasperans qdẽ efficitur abstersiua qñ transit sup̲ mẽbꝝ solide substantie sicut cartilago ꝛ os cuius qdẽ sup̲ficies naturaliter partes habet diuersas in situ sed humiditas viscosa vel lenis currens sup̲ ipsum applanat eã accidentaliter vnde abstersiua transiens super eã reducit ipsam ad nãlem asp̲itatẽ. Aperitiua est q̃ nõ tm̃ orificijs meatuũ sed a concauitatibus ipsarũ mouet materiã ad extra intus ɔtentã. Relaxatiua est q̃ substantiã mẽbrorũ habentiũ spissos poros efficit leuiorẽ caliditate ꝛ humiditate ꝑpter qđ expulsio sup̲fluitatũ q̃ continentur in eis fit leuior. Lauatiua vero ẽ q̃ abstergit ꝛ nõ cũ actiua virtute sed cũ passiua. s. humiditate ꝛ hoc iõ qa currit sup̲ orificia pororũ leniens humores viscosos ꝛ congelatos exiſtẽtes ibidẽ sua humiditate lubrificatiua cõmiscendo se illis q̃ȝ obrẽ remouet eos abinde ꝑpter motũ eius sup̲ illorũ sup̲ficies sicut aqua ordei ꝛ aq̃ simplex calida ꝙ si fuerit ibi virtus abstersiua erit ablutio fortis sicut est aqua saponis ꝛ saponarie. Incisiua autẽ est medicina subtilis p̲fecte potens penetrare inter sup̲ficiẽ mẽbri ꝛ sup̲ficiẽ viscosi humoris adherentis et donec supet ipsum ab ea ꝛ silr̃ penetrare potẽs inter ptes humoris donec diuidat eas a cõtinuitate remaneat diminuens cõgeries ipsius humoris absqȝ subtilitate substãtie atqȝ ipsum soluendo consumit. Et incisiuũ qdem opponitur adherenti viscoso quẽadmodum subtiliatm̃ grosso opponitur. ¶ Attractiua vero est medicina habens virtutẽ valde penetratiuã mouens humorẽ quẽ attigit ad sup̲ficiẽ aut cũ ꝓprietate aut cũ calefactione. calefactione qdẽ qa dissoluit ꝛ ad locũ dissolute humiditatis necessitatis vacui alia subseqtur vice prime. Iterũ etiã qa rarificat ꝑpter qđ attractio fit ad replendũ vacuũ ꝛ iterũ ꝓpterea qa causat dolorẽ. Et ad mẽbrũ qdem dolens confluunt materie duplici de causa. Quarũ prima est qa dolor virtutẽ mẽbri debilitat idcirco recipit sup̲fluitates q̃ ab alijs mẽbris expelluntur ad ipsum. Scđa vero ẽ qa spiritus naturalis ꝓcedit ad ipsum ad impugnandũ causam nociuaȝ quem seqtur san

guinis multitudo.Mordicatiua vero medicina ē illa q̄ habet q̄litatē ſubtilr̄ penetrantē cauſās in continuitate ſolonem multiplicem numero tamen parue quantitatis etiam propinqui ſitus generans dolorem. Rubificatiua vero eſt que forti caliditate membrum cui obuiat calefacit tantum vt ad ipſum fortiter trahat ſubtilem ſanguinem ꝛ rubificantez ſuperficiem eius ſicut ſinapis cum ſicubus ꝛ mentaſtro propter qᵭ eius actio vicē cauterij ſuplet Vlceratiua vero eſt que habet potentiam rubificandi adeo excellentem vt diſſoluat humiditatē continuatiuam partium q bꝰ obuiat cauſatqꝫ vlcera vel vulnera ꝛ attrahit ad ipſū ſuꝑfluitates q̄ꝫobrē vlcus efficiūt q̄lis ē anacardus. Prurítiua aūt ē q̄ pōt acumie ꝛ caliditate ſui vſqꝫ ad poros humores mortificantes attrahere:nec tamen vlcerare poteſt quēadmodū ſerapinum.Aduſtiua vero ē que facit euaporare humiditatem ab humoribus relinquens cinereitatē ipſoꝝ in corpore ſicut euforbium ꝛ aſſa fetida. Corroſiua vero ē q̄ diſſoluendo ꝛ vlcerādo peruenit ad diminuēdū ſubſtātiā carnis . Putrefactiua vero eſt que cōtinuitatē mēbri corrumpit diſſoluēdo naturalem ſpiritum atqꝫ calorem ipſius abſqꝫ eo ꝙ corrodat ipſuz aut cauterizet aut cōburat ſed relinquit in eo humiditatem in quā agit calor inaturalis . Diſpoſitio antē hūiditatis i quā agit calor innaturalis putrefactio nominat̄.Tales aūt medicine ſūt arſenicū ꝛ ruta ſilueſtris. Cauterizatiua vero eſt q̄ cutē cōburit taliter vt eius cōſumat humiditatem propter qᵭ eius partes corrugantur ſicut in eo quod aſſatur q̄ꝫ obrem efficit̄ ſubſtantia cutis oppilans meatū humoris fluentis.Maturatiua medicina eſt illa que rectificat ſubſtātiā hūoris vtpote ſubtiliādo ſi fuerit groſſus aut ecōtra pp qᵭ ad expellēdū habilitat ꝛ illud qdē facit quādoqꝫcū ſubā ſua.nā ſi ſubtilis fuerit ſubtiliat nimiſ groſſū.ſi vero groſſa quod nimis eſt ſubtile ingroſſat:quandoqꝫ vero facit illud cū qualitate nā ſi fuerit calida maturat per ſe frigida vero ꝑ accidens eteni cal'a ſubtiliat dᵭ eſt groſſum ꝛ nāliter ſeꝑat inter corpora ꝛ rem extraneā. frigida vero qn̄qꝫ nimis ſubtilis procurat ſubām mediocrem ꝛ nimie caliditatis cōplonem tꝑat. Et oē quidem quod a calido liquefit a frigido coagulatur ꝛ ecōtra.Quū ergo ſubtilitas hūoris cauſat̄ a caliditate extranea ita ꝙ caliditas nālis efficit̄ pp illud impotēs ad expellēdū ip̄m frigidū qdē tūc frāgit extranei caloris acumē.Digeſtiua vero medicina eſt q̄ trāſmutat cibū in humores laudabiles q bus corpus nutrit̄ ꝛ humores in ſubā corporis.Inflatiua vero medicia eſt in cuiꝰ ſubā dn̄atur groſſa humiditas extrāea tꝑate cōmiſta in q̄ cū egerit caliditas nālis generat̄ inde vētoſitas q̄ nō diſſoluit̄ ſic ſūt faſeoli. Iſtarū vero medicinarū q̄dā cauſāt inflationē in ſtō q̄dā in venenis in q̄bus cū ꝑdicta humiditas fortius eſt cōmiſta nō diſſoluitur inde muta vētoſitas niſi apud ſeꝑationē ꝑtium medicine idcirco cauſat̄ in venis inflatō nō in ſtō.Tales āt medicine ſūt ſic zinziber ꝛ eruca ꝛ ſūt medicine cōgruētes ad excitādū libidinē. Frāgitiua vētoſitatis medicina cōplēs ē cū caliditate ſubtili ꝛ ignea defectū caliditatis debilis q̄ diſſoluere negt ventoſā humiditatē in quā agit. Diſſolutio aūt huiꝰ medicine qn̄ ꝑuenit ad diſſolutionē inflationis cauſatā in venis a cibis ꝛ medicinis q̄le eſt ſemē rute ꝛ agnicaſti ꝛ hmōi medicie nocent libidini. Ingroſſatiua vero medicina ē cōtraria ſubtiliatiue . Inuiſcatiua ſeu lenificatiua medicina eſt illa q̄ ſui viſcoſitate extēdit̄ ſupra ſuꝑficiē mēbri diuerſarū ꝑtiū in ſitu.ſ. aſpi ſic ſtōi ꝛ matricuz ꝛ trachee arterie q̄ꝫobrē cauſat in eis ſuꝑficiē extraneā atqꝫ leuē.Lubrificatiua aūt medicina eſt q̄ humectat ſuꝑficiē corꝑis in meatu retenti ꝛ liberat meatū ab eo qᵭ retinet̄ corpus qdē retētū cū grauitate ꝓꝑa ꝛ nāli mouet̄ pp qᵭ medicina efficit̄ ꝑ accn̄s mouens ip̄m q̄les medicine ſūt pruna ꝛ mucilagines.Cōꝑſſiua vero medicina eſt ſicca cauſans in mēbro ſiccitatē ꝛ coadunationē ipſius ad ſe ip̄m vnde obturat̄ trāſitus ꝛ meatꝰ ꝛ ex fortitudine cōꝑſſiōis ꝛ coadunatiōis ꝑtiū mēbri adinuicē cogūt̄ humiditates ſubtiles in eius cōcauitatibus ꝑmanentes exprimi violenter ex motu eius oppoſitio.Opilatiua medicina eſt illa q̄ in meatibus currens reſiſtit virtuti motoris ꝛ remaneat apud quālibet cōſtrictiuā ꝛ replet vlcus ſic eſt lutū comeſtibile Reꝑcuſſiua vero medicina eſt frigida q̄ adeo infrigidat mēbrū ꝙ ip̄m inſpiſſat ꝛ eius meatꝰ reſtringit ꝛ fluens ad ip̄m cōgelat ꝛ iſpiſſat extinguēdo caliditatē ipſius q̄ꝫobrē retinet ipꝫ ꝛ ꝓhibet eius motū ꝛ ꝓꝑe ſi fuerint groſſe ſubē ſic oleū rof.infrigidat ꝛ mucilago pſilij

ꝛ cōsilia. Stupefactiua est medicina frigida q̄ adeo infrigidat mēbrū q̄ pp frigiditatē alterat substātiā spūs penetrātis in ipm ꝛ extrahit a cōplone sua q̄ recipit virtutē sensus ꝛ motus ꝛ pmutat etiā cōplonē ipsius mēbri vnde amputat sensū ei⁹. Cōfortatiua medicina est q̄ adeo tpat cōplonē mēbri vt phibeat ipm recipe corruptelā aut cū ppetate aut cū sua cōplone ita .s. q̄ infrigidat nimis calidū ꝛ nimis frigidū calefacit quēadmodū de oleo ros. cōmēorat G. Incrudatiua medicina est q̄ frigiditate sua phibet maturationē ꝛ digōnē sic aq̄ frigida cū bibit in spate stōi. Mortificatiua medicina est illa q̄ corrūpit cōplonē ꝛ substātiā spūs cordis aut per formā ipsius specificā sic venenū aut p excellentiā alicuius q̄litatis actiue sic opiūlp frigiditatē ꝛ euforbiū p caliditatē. Medicina aūt q̄ ppē appellat venenū est illa q̄ corrūpit cōplonē spūs p cōtrarietatem subē spēi sue ad subām ꝛ spēm spūs sic napellus. Medicina aūt tyriacalis ꝛ liberās a veneno est illa q̄ cōplonē spūs ad impssiōe veneni reducit ad nālem ꝛ ab ipso pseruat eā cū sua pprietate. Medicina aūt puocatiua vrine ac sudoris ꝛ medicina laxatiua ꝛ iterū sanguis eductiua ꝛ retētiua ipsi⁹ ꝛ his osiles māifestas q dē hz intētiōes q̄pp notificatiōe nō indigēt.

Capitulum scdm quo ostendit que sūt virtutes medicinaꝝ que ad ɔfortationē cordis ꝛ letificationē cōferre pñt aliquo modo.

Sꝑanoiataꝝ medicinaꝝ q̄dā medicinas cordis ingrediūt q̄dā vero nō. Faciemus aūt nūc de ingrediētib⁹ mētionē medicine laxatiue psūt ad cōfortationē cordis dupliciter vno qdē mō intēdere iuuamentū cū eis pcurari iā dcm̄ p euacuationē nociui hūoris a toto corpe aut a ptib⁹ epatis ꝛ cerebri sic fit cū decoctiōe epithimi aut cū medicina cū epithimo cōfecta. Scdo vero modo qm̄ intēdere cū medicina laxatiua nō pdicta euacuatio sed mūdificatio tm̄ sanguis q ppe est i corde ad hoc q̄ spūs mūd⁹ genereē i eo sic qm̄ pōit in medicis cordis lapis lazuli aut armen⁹ ex qb⁹ medicis cū puenerit carū virtus ad cor adipiscit virtutē expulsiuā melici hu. a sanguie tēdēte ab ipz ꝛ melici vapores a sanguie generati in ipso qdē etiā iuuamtū pcedit ex corde ad cerebrū. Nocet verūtam medicina laxatiua cordis qm̄ ois euacuatio nām duobus modis cōprimit. Primo qdē cū eo q̄ nociuū est euacuat aliqd de cōueniēte nature. Scdo vero qm̄ affert supra nām ad mēbra qd̄ trahit a mēbris vnde grauant nā. n. trahit hūores ad sedē ipsoꝝ ꝛ ibidē q̄escere facit eos medicina vero laxatiua huic cōtrariū efficit accidit ergo ex hoc nature debilitas ꝛ pigrities q̄zobrē nō pualet ei. Tyriacalis aūt medicina sistit vomitū atq₃ fluxuz cōfortādo nām ꝛ repugnādo illi put hz substātiā venenosā ꝛ cū sua venēositate euacuatur. Et idcirco fert bñ dixisse sapiēs Hip. q̄ medicina laxatiua mūdificat atq₃ ledit. Rursus aūt iuuamētū laxatōis maius qdē est in tristitia pp mūdificationē spūs q̄z in cordis debilitate. Laxatio nāq₃ diminuit nām spiritus ꝛ debilitat cordis cōplonē. Medicine vero puocātes vrinā ꝛ sudorē sūt vtiles in debilitate cordis q̄ causat ex subtilitate sanguis ꝛ eius aquositate nociue aūt in tristitia q̄ causat ex turbido ac melico sanguie quoniā aget sanguis siccitatē ꝛ grossitiē ꝛ turbulentiā melicam. Euacuatio vero sanguis nocet debilitati cordis q̄ causat ex frigiditate sāguis ꝛ paucitate pdest aūt debilitati q̄ causat ex suffocatōe caloris nālis ex supfluo sanguine sic in cardiaca ꝛ hec est sinocha inflatiua sanguinea. Medicin a subtiliatiua medicinis cordialibus associat qm̄ tristitia causat ex turbiditate sanguinis aut in debilitate cordis que ex grossitie sanguinis ꝛ eius frigiditate causatur vnde generatio multi ꝛ temperati spiritus probibet. Eodem vero modo similiter abstersiua ꝛ apperitiua illius adiungitur vt cum sui aperiendi potentia penetrare faciat medicinas cordis que sunt sicut karabe ꝛ terra sigillata. Inflatiua medicina valde nociua est tristibus ꝛ corde debilibus qm̄ replet subām spiritus vaporibus congruis ꝛ in transmutabilibus habentibus se ad ipsos sicut se hñt superfluitates ad mēbra obtenebrāt ergo spiritus atq₃ grauitant ꝛ ad suas opatiōes debiles eos redunt pp qd̄ debilitatiōnē cordis atq₃ tristitiā simul causāt. Cōstrictiua medicina ꝛ inuiscatiua medicia cordis ingrediunt vt subē spūs soliditatē ꝛ cōtinuitatem laudabilem tribuāt ne velociter dissoluatur quolibet leui motu. Verūtñ ipsaꝝ vtilitas in debilitate cordis est maior q̄z in tristitia qm̄ est subtilitate spūs ꝛ sanguis cōdis debilitas āpli⁹ accidit. Tristitia vero poti⁹ ex grossitie sāguis ꝛ turbulētia eius. Repercus

siua vero medicina tunc medicinas cordis ingreditur quando propter debilitatē ei⁹ causatā a mala cōplexione calida patitur nocumenta. Stupefactiua medicina ponit in medicinis cordis vt virtutes ipsarū a corruptōe custodiat in via vsqꝫ ad cor ꝛ in corde postmodū tpe sufficienti sitr ad faciendū impressionē sicut opiū in confectionibus cordialibus. Medicine autē conferentes tenacitate sua oēs inquā medicinas cordis ingrediunt qm̄ humane nature eius proprietate conueniunt cuius inquā natnre principiū cor existit ꝛ qm̄ etiā cor confortant vt a veneris nō patiatur q̄les sunt doronicū ꝛ musch⁹ ꝛ oēs qdē medicine letificantes cor ꝛ confortātes ipm̄ sunt tyriacales nō tñ oēs tyriacales sūt letificantes ꝓpterea qa q̄dā ipsarū sunt valde calide vt castoreū q̄dā valde frigide vt lactuca portulaca. Et sunt q̄dā tyriacales illis qualitatibus indigentes diuersis ex causis. venenū enim cui repugnat contrariatur cuꝫ sui substantia ꝛ forte cū qualitate p̄dicte qualitati contria aut solū contrariatur cū q̄litate qualitati p̄dicte contraria aut forte necessariū est vt medicina veneno repugnans siue calido siue frigido sit vehementis caliditatis multis ex causis.quarū vna est vt sit spirit⁹ fortis motus. Scđa qdē est vt sit vehementis extensionis ad hoc qdē vt cū potētia mortificandi ꝛ tyriacali quā habet lōge possit obuiare veneno impugnando ꝛ expellendo ipsum antequā cor attingat. Tertia vero vt sit fortis ad corrūpendū ꝛ cōburēdū venenū in modico tpe in quo cū hoc qđ dcm̄ est insup conseruatur spiritus in suo saluo esse tyriacali ꝓprietate. Vomitiua vero medicina prodest cordi quoniā alleuiat anhelitū vt ide cor melius euentatur. Dissolutiua medicina debilitati cordis ꝛ tristitie valde nocet nisi ex grossitie spiritus ꝛ frigiditate causet ꝛ in corde sint inflatiui humores nocet autē debilitati cordis ꝓpterea qa dissoluit spūm exiguū ꝛ subtilē qđ enim dissoluitur q̄cūqꝫ sit subā eius ex genere est vaporis ꝛ venti. Tristibus autē nocet qm̄ tristitia si causatur ex paucitate spiritus dissoluēdo addit in paucitate aut subtilē spiritū efficit tribulentū ꝛ remanenti spissitudinē auget ꝙ si necessitas coegerit vti ea expedit ei cōmisceri cōfortatiuas medicinas ꝛ congregantes aut continuitatem seruantes dum tamen sint ex his que conueniunt cordi sicut myrtus ꝛ kebuli.

¶ Capitulum tertium de simplicibus medicinis cordialibus scđm ordinem alphabeti.

Postq̄ꝫ locuti sumus de vniuersalibus iudicibus medicinarum ꝛ ostendimus que ex eis medicationi cordis conueniunt ꝛ que non ꝛ etiam propter quid nunc iam expedit vt tam ad iudicia particularia medicinarum cordialium simplicium q̄ꝫ compositarum amodo descendamus a simplicibus inchoantes secundum ordinem alphabeti. Inquit translator quoniaꝫ alphabetum arabicum nequit ordinem alphabeti nostri seruare idcirco medicinas simplices de quibus auctor hic loquitur ad alleuiandum laboreꝫ studentibus ꝫ seriē nr̄i alphabeti scripsim⁹.

¶ De Littera. A.

¶ Ambra. ¶ Aurum. ¶ Argentum. ¶ Acedula. ¶ Agaricus.

¶ De ambra.

Ambra calida ꝛ sicca in secūdo ꝛ cum subtilitate ꝛ viscositate sua nihilomin⁹ habet vehementem proprietatem letificandi simul. Est autem ad hoc potentior propter fortitudinem sue aromaticitatis ꝛ ideo confortatiua est substantie cuiuslibet spiritus ꝛ membrorum principalium ꝛ multiplicatiua ipsius effectus ꝛ est multo temperatior muscho. Jam auteꝫ patens est huius natura cū subtilitate ꝛ viscositate ꝛ soliditate.

¶ De Auro.

Aurū iudicat inter iudiciū argēti ꝛ iudiciū iacinthi ꝛ ē qdē īfra iacinthū ꝛ supra argētū cuius qdē cōplo tpata ē aliq̄ꝫtulū vicina calori ꝛ est eius operatio a ꝓprietate.

¶ De Argento.

Argentū aliquantulū est frigidū ꝛ siccū ꝛ eius qdē effectus similis est effectui iacinthi h̄ excepto ꝙ ē multo dieb⁹ illo.

¶ De Acedula.

Acedula propinqua est acetositati citri attamen q̄ꝫuis in cōploue nō sit ea debilior in proprietate tamen multo debilior ē.

¶ De Agarico.

Agaricus calidus est in primo siccus in scđo. Inest autē ei proprietas tyriacalis cōtra omne venenū ꝛ ꝓpter subtilitatē que eius caliditati cōmista est aperitiuus est ꝛ laxatiuus hu. turbidi propter que oia inest ei proprietas confortandi cor letificandi.

¶ De Littera. B. ¶ Basilicō. ¶ Been.

¶ De Basilicon.

Basilicon calidum ē ⁊ sicum i primo: habet aūt aromaticitatem et stipticitatem cum subtilitate preter hoc etiā est i eo superflua humiditas letificat aūt cū ꝓprietate quā adiuuat aromaticitas stipticitati et subtiliationi associata: finaliter tamē vsus eius nō ē i letificatōe laudabilis quoniā substantia nutritiua q̄ ē i ipso cōtrariatur ipsius medicinalis substātia medicinalis efficit q̄ dicta sunt: nutrimētalis vero sāguinē turbidū atq; melācbolicū generat et illa sup̄fluitas i sup̄ que est i ipso causat iflationē in venis: iam autez ostensum est ꝙ nocius sunt ista duo.

¶ De Been.

Been calidum est i secundo: siccū i p̄mo. Ipsius autem quodam est album: quodam rubeum. Sed rubeum qdaz calidius ē. Et ē nihilominus i vtroq; stipticitas cū subtiliatiōe ⁊ aptiōe Inest ei fortis ꝓprietas cōfortādi cor ⁊ etiā simul letificādi ad q̄ qdē iuuatur: stipticitate subtiliationi coniuncta.

¶ De littera. C.

¶ Citrum. ¶ Corallus. ¶ Cinamomū. ¶ Crocus. ¶ Canfora. ¶ Coriādrum. ¶ Calamētū. ¶ Casia lignea. ¶ Caro. ¶ Ciperus.

¶ De Citro.

Citri cortex est ex letificantibus tyriacalibus cuius proprietatem caliditas quidam adiuuat. Est enim calidum et siccum in tertio cui appropinquat folium et flos eius suntq; subtiliores eo et eius etiam acetositas est ex confortantibus cor calide ⁊ sicce complexionis. et est ex conferentibus cardiace calide: post hoc autem est in eo tyriacalitas vnde confert morsui reptilium et serpentes et est frigide et sicce in tertio. Semen autē eius est tyriaca conferens venenis: videtur etiam ꝙ sit ex confortantibus cor prebendo soliditatem substantie spiritus. est frigide ac sicce complexionis in tertio nec elongatur ab intellectu quoniam fit ex alleuiantibus ipsum.

¶ De Corallo.

Corallus frigidus est in primo siccus in secundo et cum proprietate confortat cor ⁊ letificat quam quidem proprietatem adiuuat illuminatio et abstersio et solidatio cum stipticitate.

¶ De cinnamomo.

Cinamomū alitiniū calidū in fine scdi siccū in tertio habetq; modicā stipticitatē ⁊ inest letificandi proprietas quā adiuuat aromaticitas eius ⁊ fortitudo subtilitatis. Et ꝓpterea confert iuuamento tyriace.

¶ De Croco.

Crocus calidus est in secundo siccus in primo ⁊ sunt in eo stipticitas ⁊ dissolutio fortis atq; digestio sequitur proculdubio ⁊ inest ei proprietas vehemens in confortando cor et substantiam spiritus ⁊ letificandi cum hoc ꝙ illuminat ⁊ dilatat ⁊ solidat ipsum ⁊ adiuuant ad hec aromaticitas fortis cum natura predicta. Multitudo vero comestionis eius superflue dilatat spiritum ⁊ mouet ad extra donec accidat propter hoc vt discedat a nutrimentali medicina ⁊ sequitur inde mors. Dosis autem eius ad hoc non est nec oportet de ipsa mentionem facere.

¶ De Canfora.

